


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 171, [1] - -

PUBLIC DOMAIN

Leibn. Marg: 171

Handschriftl. Eintr. auf d. Vorsatz,
Unterstreichungen auf d. S. 2, 5, 17, 18 [u.a.]

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 171, [2] - -

PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [3] - -
PUBLIC DOMAIN

i

p. 3 Angelis postquam christus ad. not. p. 64

p. 22 Christyanitas seculo apud Patres

p. 33 in Ep. ad Trallianos altaribus sibi Ignatius scientiam coelestium.

Asia specialiter dicta p. 45
Smirna p. 7
Christus deus glorificatus secundum Hebraeos p. 13.
Ephesus p. 32
An sabbatum celebrarint primi Christiani p. 43
Celsus p. 48
Dionysius Corinthiorum episcopus p. 54
Metropolitae p. 64. p. 56
mysteria apud p. 75
Subura Romana p. 92
Codex Collationum episcopal. p. 94
ὁ ἐπὶ ἔφεσος ἐπαύρετος p. 100
Pseudo Dionysius p. 100
πρεσβύτερος τῆς κατὰ Ἀσίαν parochiae episcopi Hebraeorum p. 111
Nepotiani Epistola Caesaraugustana de martyrio polycarpi p. 116. 117
13 Kal. Jan. Nonnus Canonicorum regula p. 51. not. p. 107

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [4] - -
PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 171, [5] - -

PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 171, [6] - -

PUBLIC DOMAIN

S. IGNATII Antiochenus

EPISTOLÆ GENUINÆ,

Juxta Exemplar *Medicéum* denuo recenſitæ,
Una cum Veteri Latina Verſione:

ANNOTATIONIBUS

D. JOANNIS PEARSONI

Nuper Epiſcopi CESTRIENSIS,

ET

THOMÆ SMITHI S. T. P.

ILLUSTRATÆ.

Accedunt ACTA Genuina Martyrii S. IGNATII,
EPISTOLA S. POLYCARPI ad Philippenſes,
ET
Smyrnenſis Eccleſiæ EPISTOLA de S. POLYCARPI Martyrio; cum Veteribus Latinis Verſionibus, & Annotationibus
THOMÆ SMITHI.



OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO, Anno MDCCIX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [7] - -
PUBLIC DOMAIN

Imprimatur,

GUIL. LANCASTER

VICE-CAN. OXON.

Oxon. Dec. 10.
1708.

BIBLIOTHECA
REGIA
HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 171, [8] - -

PUBLIC DOMAIN

ERUDITO ET CANDIDO

LECTORI

QUO melius de hac nova *Epiſtolarum S. Ignatii, Actorum Martyrii ejuſdem ſanctiſſimi viri, Epiſtolæ S. Polycarpi ad Philippenſes, & Epiſtolæ Eccleſiæ Smyrnenſis de Martyrio S. Polycarpi* editione edocearis, & ad illarum lectionem paratior inſtructiorque accedas; tum maximi Viri, D. Joannis Pearſoni, pridem Epiſcopi Ceſtrienſis, cujus Annotationes in *Epiſtolas S. Ignatii* edo, tum mei quoque ipſius cauſſa, pauca in anteceſſum hoc prologo quaſi galeato prælibare neceſſarium, & plane muneris eſſe mei duco. An vero honeſto huic propoſito aliqua ex parte bene & recte ſatisfecerim, penes te, erudite Lector, argumentis æqua lance libratis, pro ſagacitate tua cum candore temperata arbitrandi jus eſto.

Quod ad Annotationes D. Pearſoni (id enim primo loco tractari debet, quum ſit ſecuturi operis fundamentum) attinet, æquum videtur, ut noris, unde *acceperim, & quibus rationibus fuerim inductus*, ut jam tandem opera mea publica luce donarentur.

Dum anno nonageſimo ſecundo ſuperioris ſeculi Cantabrigiæ, quo in iſthoc difficili tempore confugeram, aliquantiſper commorarer, donec tempeſtas iſta deſævierit, ſubinde conveni veterem Amicum, doctiſſimum Virum, D. Joannem Allenum, ſplendidiſſimi Collegii ſanctæ & individuæ Trinitatis Socium, qui eidem reverendiſſimo Præſuli à ſacris domeſticis fuerat, interque varia colloquiorum argumenta, de ſchedis Pearſonianis poſt ipſius mortem in Muſéo repertis, multos interpoſui ſermones: an & quales eſſent, & apud quem reſervarentur ejuſmodi ceteræ reliquiæ quantivis pretii, poſt edita ejuſdem *poſthuma opera Chronologica*, pro ingenti, qua erga τὸν μακαρίτην à prima juventa, quamprimum bonarum literarum amore & ſenſu affici incepiſſem, ferebar, reverentia explorandi avidiſſimus. Quum vero

 mihi

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [9] - -
PUBLIC DOMAIN

mihi compertissimum esset, tum ex [a] *Vindiciis Ignatianis*, tum plenius & rotundius ex ipsius ore, summum Virum apud se firmissima mente constituisse, si vita, si valetudo, si vel modica à publicis Ecclesiæ negotiis feriatio ex divina benignitate permitteret, se novam harum Epistolarum editionem, cum amplis Annotationibus, quibus Græcus textus simul emendaretur & illustraretur, adornandam, aggressurum esse; præcipue quæsivi, an quippiam tale Opusculum suis numeris absolutum, vel saltem quomodolibet affectum, supereſſet necne: ille statim regerit, D. Pearsonum de hac re serio & summa cum sollicitudine cogitasse, & horas subcesivas, longe antequam vires animi & corporis ex fatali ista ægritudine, quæ illum fere per quadriennium ante mortem occuparat, minuerentur, crebro impendisse, suasque observationes in *Adversaria* pro re nata congerere consuevisse, animo tamen ea omnia ad novum strictumque examen revocandi; ultra addens, illa ipsa *Adversaria* penes se esse; quæ mox prolata, una cum duobus exemplaribus *S. Ignatii* editionis Vossianæ, rogatu meo mihi in manus tradidit; ut omni cura in iis corrigendis adhibita, si id cum Ecclesiæ Anglicanæ, sacri ordinis Episcopalis ab ipsis Apostolis institituti retinentissimæ, & Reip. literariæ commodo fieri aut posse aut debere judicarem, ederentur.

Hoc thesauro ditatus, urbe repetita ad hanc ingentem *observationum*, quæ confusim & sæpenumero absque aliqua connexione sparsæ erant, struem evolvendam me contuli; & inde ea omnia accurate, quantum ista confusio, perplexi characteres, numeri involuti, interpositæque liturae permiserint, exscripsi, eodem nimirum, quo in manuscripto codice occurrunt, modo, ut de iis maturiori judicio certius & melius statuerem. Sed non longe post D. Alleno ex morbi, qui omnem Medicorum opem & peritiam elusit, violentia è vivis sublato, cujus consiliis, imo & arbitrio me dirigendum volebam, incertior jam redditus, an in hoc proposito urgendo mihi procedendum esset, literis ad reverendum & clarissimum Virum D. Joannem Thanum, Sororis D. Pearsoni filium & Ecclesiæ Cestrienſis Præbendarium, scriptis, quum paullo ante didicissem, jus easdem schedas vendicandi ipsi competere, rogavi, ut illæ apud me usque manerent, eo fine, ut tempore opportuno vulgarentur, quod admodum benevole con-

[a] Part. II. Cap. 15. p. 203.

cessit;

ceſſit; mox ad me *tranſmiſſis* Avunculi ſui in *epigraphen Epiſtolæ S. Ignatii ad Smyrnæos* obſervationibus, quas propria manu nitide deſcriptas, unica lacuna relicta, de novo perpoliverat, & ſchedis *V. C.* D. Joannis Ledgardi, Collegii Univerſitatis apud Oxonienſes Socii, complectentibus variationes, quas rogatu D. Pearſoni Florentiæ olim ex collatione editionis Amſtelodamenſis cum originali codice, ex quo Vir præſtantiſſimus, Iſaacus Voſſius, genuinas has Epiſtolas orbi Chriſtiano primus Græce communicavit, collegerat, permittente Sereniſſimo Principe, magno Hetruriæ Duce, munificentiſſimo literatorum Patrono, quæ eſt hereditaria & pene propria laus & gloria familiæ Medicææ, & præſente celeberrimo Viro, Antonio Magliabequio, magni Ducis Bibliothecario, cujus ſummam benignitatem & humanitatem ipſe cum reliquis omnibus, quotquot Urbem illam pulcherrimam ſtudiorum cauſa adeunt, expertus eſt, miriſque elogiis prædicavit.

Hoc novo auctoramento adjutus, ad intermiſſum opus revertor, Amicorum hortatibus non parum quoque ſtimulatus. Qua de cauſſa, poſtquam exeunte anno Chriſti MDCXCV. librorum MSS. *bibliothecæ Cottonianæ Catalogum* Oxonii è Theatro Sheldoniano excudendum curaviſſem, mox *ſpecimen* novæ editionis *Epiſtolarum S. Ignatii*, uti etiam *Epiſtolæ S. Barnabæ*, cum Annotationibus magnorum Virorum, Pearſoni, *Uſſerii Armachani*, *Voſſii*, & *Cotelerii* (*penitus enim me latebat grandem illam SS. Patrum, qui temporibus Apoſtolicis floruerunt*, Collectionem tunc temporis prelis Amſtelodamenſibus ſubeſſe) prodire volui, ut virorum judicio & doctrina præpollentium ſententiam explorarem: quod viris eruditis tum domi, tum extra patriam, quibuſcum literarum commercium contraxeram, identidem communicavi. Omnes ſane probum hoc de literis ſacris & eccleſiaſticis bene merendi inſtitutum approbarunt, & epiſtolis, & coram, ut id ad felicem exitum citra ulteriorem moram perducere vellem, certatim inſtiterunt. Unicum ex Amicis excipio, illum vero ſacris infulis maxime venerabilem, qui potenter interceſſit, cauſſatus, me de ſummi Viri fama poſthuma non bene meriturum, ſi haſce *Annotationes*, quibus non ultimam manum impoſuiſſet, in publicam lucem darem. Ne vero criminis iſtius cenſuram mihi tanta cum acritate impactam incurrere præceps viderer, negotium illud, quantum erat, protenus abjeci, aliis, & longe quidem diverſi.

verſi argumenti, ſtudiis intentus; ſchedas Pearſonianas meaſque cuidam Amico, poſt mortem meam, ſi ipſi viſum fuerit, publicandas relicturus. Per duodecim propemodum annos mentem meam contra omnes tum popularium tum exterorum efflagitationes, vota, & conſilia obfirmavi, utpote nullis ſuaſibus expugnandus. Sed illorum auctoritati tandem cedens, eas, pene tamen invitus, typis exſcribi patior, ſpe quoque bona animatus, Lectores candidos operam hanc meam publicis ſacrarum literarum uſibus integerrima mente deſtinatam æqui bonique conſulere velle, nec mihi tanquam flagitioſum & inexpiabile crimen, multo minus D. Pearſono, cujus famam uſque ad omnem poſteritatem ſacram & intemeratam eſſe cupio, imputare, ſi quid forte minus recte dictum, aut perperam alicubi citatum, ſint reperturi, & etiam meminiſſe, quod impenſiſſime rogo, non paucas ex hiſce obſervationibus propere effuſas, potius quam attento ſtudio elaboratas fuiſſe: licet compertum habeam ex frequenti iſta, qua me dignatus eſt Vir maximus, converſatione, neminem, ſive inter loquendum, ſive inter ſcribendum, aut ſedatiori animo aut exactiori judicio, etiam in ipſo primo rerum conceptu, pollere.

Sed, ut quod res eſt dicam, dum haſce Annotationes ex confuſis ſchedis, olim juxta ipſius exemplar pari forma ac verborum ordine, *ut dixi*, exſcriptas in ſua loca digerere & prelo parare nuper cœpiſſem, non ſine gravi *ærumna expertus ſum, quanti* laboris eſſet, eaſdem ab invicem diſcernere, & tot diverſimode quaſi diſtracta & lacera membra in integrum corpus debitamque compagem reducere. Tam multæ nudæ citationes occurrebant, ut eas omnes ad examen revocare præ tædio & difficultate plane horrerem, illius cura & diligentia omnino fretus. Veruntamen quum, poſt duas treſve philyras typis excluſas, quaſdam aberrationes inibi, ſive ex feſtinatione, ſive ex labilitate memoriæ, quam grandior ætas in valentiſſimis ſæpe inducere ſolet, admiſſas, præter exſpectatum reperiſſem; in reliquis explorandis novum laborem ſubire cogebar, eo factum graviorem, quod anguſtum meum Muſéum non omnes libros, quibus ille uſus fuerat, mihi ſuppeditaverit, nec eædem editiones, quarum paginas citat, quod de Joſepho, Luciano, & S. Epiphanio dicendum habeo, eſſent hic obtinendæ: de quibus tamen, paucis exceptis, pene ſecurus eſſe poſſis.

Quanto

PRÆFATIO.

Quanto pulchrius, *ornatius*, & limatius ſurrexiſſet hoc opus, ſi, ſecundis curis *ſuper*additis, inconditam iſtam materiam ſuas in partes ſapien*tiſſimus* ille Architectus diſpoſuiſſet! Sed quum quam plur*ima* profundæ eruditionis, ſubacti judicii, & miræ ſagacitat*is indicia* & documenta ubivis in hiſce Annotationibus, ut-ut *tumul*tuario congeſtis, compareant, quorum ope difficiliora quæque loca in *Epiſtolis S. Ignatii*, tum quoad verba, tum quoad ſenſum, explicantur, & novo lumine ex S. Theologiæ artiſque Criticæ penetralibus reſeratis ſuperfuſo illuſtrantur, credo neminem hiſce ſtudiis paullo exercitatum adeo ſtupido, inepto, & effero fore ingenio, quin, invidia maliſque affectibus ſepoſitis, facile conceſſerit, non leve damnum ſacris literis acceſſurum fuiſſe, ſi *perpetuis* tenebris ſepultæ jacuiſſent: & forte jacuiſſent, ne dicam, omnino periiſſent, niſi ipſe eruiſſem, &, imprudens licet, obſtricta fide hoc incœptum in me ſuſcepiſſem. Superatis hiſce ſalebris, ad amœniora pergo, in quibus quid in elucidando Græco textu in hac editione præſtitum ſit, ſine omni ambage & fuco, perſpicue & candide repræſentabo.

Quæ in editione Amſtelodamenſi præ feſtinatione omiſſa erant, & quæ perperam exſcripta, ex nova iſta collatione, quam, iſtud conſilium ſuggerente D. Voſſio, fieri procuravit D. Pearſonus, ſuis in locis inſerui & emendavi: additis ſubinde ad imum paginæ quibuſdam breviculis Scholiis & conjecturis, quæ in oculos facile incurrunt, quibus textus *facilior intellectu reddi poſſit.*

Contulit D. Pearſonus veterem Latinam verſionem, à D. Uſſerio Armachano primo publicatam, barbaram quidem, ſed ad verbum fideliter expreſſam exactamque, ex codice MS. in Archivis bibliothecæ Collegii Caio-Gonvillani Cantabrigiæ repoſito, & ante quadringentos annos aut circiter, ut ex characteribus & figuris literarum conjecturam facere libet, ſcripto, quem ego quoque ea qua potui accuratione contuli, correctis illius, cujus opera uſus eſt D. Uſſerius, aberrationibus. Vellem equidem codicem alterum ex bibliotheca Viri Reverendiſſimi, D. Montacutii, olim Epiſcopi Norvicenſis, quem ab illo mutuo acceperat Armachanus, conſuluiſſe: ſed ubi jam reperiendus ſit, ne inveſtigando quidem expiſcari poſſum. Veterem harum Epiſtolarum verſionem in bibliotheca Vaticana exſtare teſtatur [a] Turrianus libro

a Pag. 8. Lutetiæ 1573. 8°. *Ignatius in vetere interpretatione Latina manuſcripta Epiſtolæ ad Philadelphenſes, quæ in Vaticano eſt, non habet, quod in Græca Epiſtola nuper in publicum emiſſa legitur, de Paulo inter eos, qui uxorem habuerunt.*

primo *pro Canonibus Apoſtolorum adverſus Magdeburgenſes Centuriatores*, cap. ſecundo, quæ plane cum noſtra eadem eſſe mihi videtur. Sed Romam mittere, ut nova collatio *inſtituatur*, omnino ſuperfluum videbatur, nec operæ pretium. Alii, quibus volupe eſt, id curent.

Quum vero uterque codex, Græcus & Latinus, magnæ auctoritatis & uſus ſit; ſi qui, hiſce ſtudiis addicti, alterutrum, quo magis curioſitati ſatisfiat, inſpectis hiſce exemplaribus, quibus *Epiſtolarum S. Ignatii* redintegratio debetur, conſulere velint, ex ſubſequentibus indiciis, ubi ſine moleſta exploratione reperiri poſſint, conſtabit.

[a] Exſtat hic inſignis Græcus codex in bibliotheca Eccleſiæ S. Laurentii Florentiæ, pluteo LVII. ad finem codicis, cui titulus, *Incerti Auctoris Epiſtolæ*, in folio haud magno, minutiori charactere deſcripti, in quo libri ſequentes, quorum tituli in initio prænotati ſunt, continentur, *viz.*

Epiſtolæ aliquot S. Maximi aut S. Nili.
S. Maximi epiſtola exhortatoria ad Georgium Expræfectum Africæ.
Ejuſdem expoſitio Pſalmi LIX.
S. Athanaſii epiſtola ad Rufinianum.
S. Baſilii M. epiſtola.
S. Gregorii Nazianzeni epiſtola.
S. Ignatii Martyris epiſtolæ IX. hoc ordine, quarum titulos (omiſſis iſtis ſuppoſititiis & falſo S. Ignatio adſcriptis, quæ in illo codice reperiuntur) hic integros Græce dabo:

Τῦ ἁγίυ Ιγνατίυ ἐπιστολὴ Σμυρναίοις.
Σμυρναίοις ἀπὸ Τρωάδος πρὸς Πολύκαρπον Ιγνατίυ.
Πρὸς Εφεσίυς Ιγνάτιος.
Μαγνησιεῦσιν Ιγνάτιος.
Φιλαδελφεῦσιν Ιγνάτιος.
Τραλλιανοῖς Ιγνάτιος.

Inter genuinas has Epiſtolas S. Ignatii deeſt illa *ad Romanos*, cujus omiſſionis vera ratio eſſe videtur, quod in *Actis Martyrii ejuſdem* ſemper ſolita fuerit interponi, tanquam pars eorundem neceſſaria, & ad hiſtoriam iſtam illuſtrandam appoſitiſſima.

D. Voſſius, quem hac ex parte ſequendum duxi, omnino ſuperfluum putavit nomen S. Ignatii ſingularum Epiſtolarum capiti ſuperaddere. Credo autem nudos hoſce titulos, qui præfigun-

a Ex ſchedis D. Ledgardi.

tur,

tur, uti & quandoque eorundem in fine repetitiones, ſoli Librario adſcribi debere, ut Lectorum commodo in iis facilius conſulendis proſpiceretur.

Titulus ille *Epiſtolæ ad S. Polycarpum* præfixus, qui totus, ut hic excuditur, in eadem linea epigraphen præcedente occurrit, videtur in duas partes dividi debere, quarum prior ad *Epiſtolam ad Smyrnæos* ſpectat, Σμυρναίοις ἀπὸ Τρωάδος, ubi punctum apponendum erat; poſterior ad ſubſequentem, πρὸς Πολύκαρπον, caſu accuſativo, ut in ſequente titulo, πρὸς Ἐφεσίους. Nam Librarius variat, nec ſibi conſtat. Vetus tamen hoc mendum videtur, quod retinet vetus Latinus Interpres, vel ſaltem Librarius, ex defectu interpunctionis debitæ ortum.

Reperitur vetus harum Epiſtolarum Latina verſio in bibliotheca Collegii Caienſis in 4°. num. 37. [a] ut illic tum notatum reperi, cum hoc titulo, quem integrum exſcripſi:

Liber Epiſtolarum S. Ambroſii, Epiſcopi & Doctoris ſummi, numero 81. & Epiſtolarum S. Dionyſii Martyris, numero undecim; & Epiſtolarum S. Ignatii Epiſcopi & Martyris, numero 17. & donatus communi Librariæ Sociorum Collegii Annunciationis B. Mariæ in Cantabrigia per Magiſtrum Walterum Crome, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, quondam Socium ejuſdem Collegii, anno Domini 1444. in feſto S. Hugonis.

Epiſtolæ S. Ignatii ibi hoc ordine occurrunt:

1. *Smyrnæis.*
2. *Smyrnæis à Troade Polycarpo.*
3. *Epheſiis.*
4. *Magneſiis.*
5. *Philadelphicis.*
6. *Tralleſiis Aſiæ.*
7. *Epiſtola Mariæ Proſelytæ Chaſſaobolorum ad Ignatium, Epiſcopum Antiochiæ.*
8. *Reſponſio Ignatii Mariæ Proſelytæ ſuper eadem Epiſtola.*
9. *Tharſenſibus.*
10. *Antiochenis.*
11. *Eroni, Diacono Eccleſiæ Antiochenorum.*

a Vide catalogum codicum MSS. hujus Collegii in præclariſſimo Catalogo librorum MSS. Angliæ & Hiberniæ, Oxonii An. M. DC. XC. VII. edito: in catalogis MSS. Univerſitatis Cantabrigienſis, pag. 109. b.

12. *Martyrium S. Ignatii, Epiſcopi Antiochiæ Syriæ.* Epiſt. XII. Sic enim ibi appellatur.

13. *Romanis.*

Poſt has Epiſtolas, facta earum recenſione, ſequuntur hæc verba :

Scripſit beatus Ignatius Smyrnæis à Troade, Polycarpo à Troade, Epheſiis à Smyrna, Magneſiis à Smyrna, Philadelphicis à Troade, Tralleſiis à Smyrna, Mariæ Proſelytæ ab Antiochia, Tarſenſibus à Philippenſibus, Antiochenis à Philippenſibus, Eroni Diacono à Philippenſibus, Romanis à [a] *S.... Martyrium Ignatii cum Epiſtola ad Romanos, ſcripta ab ipſo ad populum Romanorum.*

14. *Joanni Evangeliſtæ.*

15. *Joanni Evangeliſtæ.*

16. *S. Mariæ.*

17. *Ignatio Sancta Maria.*

De hoc codice rectiſſime hæc annotavit D. Pearſonus :

Ordo hic Latinarum idem eſt cum ordine Græcarum in codice Medicéo : licet Uſſerius eas ediderit eodem ordine, quo Græcæ interpolatæ editæ ſunt. Unde non minima Epiſtolæ ad Polycarpum injuria facta.

Quum *Epiſtola ad Romanos* in Medicéo codice deſideraretur, D. Voſſius *in ea redintegranda* ope veteris Latinæ verſionis utilem impendebat operam : idemque aggredi *propoſuit D. Pearſonus*, confiſus, ſe illam longe integriorem & exactiorem daturum eſſe. Sed ab hoc labore omnino ſuperſedendum eſt, ex quo Epiſtolam illam in *Actis Martyrii S. Ignatii*, à conditoribus iſtorum *Actorum*, ut par eſt credere, inſertam, cui vetus verſio Latina fere in omnibus reſpondet, in lucem ex codice MS. Colbertino Græce produxerit clariſſimus & doctiſſimus Vir, Theodoricus Ruinartus, ad calcem libri, qui inſcribitur, *Acta primorum Martyrum ſincera & ſelecta*, ab ipſo editi, Pariſiis M. DC. LXXX. IX.

Hanc, prout ibi exſtat, in hac noſtra editione ſcrupuloſe nimis exprimere placuit, & textum emendare pene nefas duximus, licet manifeſtis erroribus ex negligentia exſcriptoris affatim ſcateat, quos in Annotationibus corrigendos reſervavimus.

Poſt Annotationes D. Pearſoni addidi ejuſdem eruditiſſimam *de anno, quo S. Ignatius ab Imperatore Trajano Antiochiæ condemnatus, &*

a. Smyrna.

glorioſo

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [16] - -
PUBLIC DOMAIN

glorioso Martyrio Romæ consummatus fuerit, dissertationem; in qua verum illius passionis tempus certis probationibus demonstravit, ut de illo in *futurum* à nemine dubitari possit. Olim quidem cum D. *Usserio* sentiebat, agonem hunc anno æræ vulgaris Christianæ CVII. obtigisse: sed tandem post longas Chronologicarum difficultatum evolutiones, calculis accuratissime subductis, Martyrium figit anno Christi CXVI. Qualis etiam est sententia Reverendissimi Viri, D. Guilielmi Lloydii, tunc temporis Episcopi Asaphensis, in literis ad C. V. Antonium Pagi; qui eam in Critica Historico-Chronologica in Annales Card. Baronii ad A. Ch. CVII. & Trajani X. cum insigni elogio publicavit.

Post uberrimas Virorum præstantissimorum, D. D. D. D. Vossii, Usserii, Cotelerii & Pearsoni vindemias, quasdam racemationes ab illis relictas collegi: an vero sint cujuspiam bonæ frugis, aliorum judicium esto. Præter collationes Medicei codicis cum interpolatis Epistolis, & cum locis à Patribus antiquis, aliisque mediæ ætatis scriptoribus passim citatis, ut inde, ubi quippiam dubii suberat, quoquo modo lectionem eruere possem, præcipue satagebam sanctissimi Scriptoris mentem explorare, & sententias, quæ explicatione indigere viderentur, facili & dilucida paraphrasi illustrare, in usum nimirum Studiosorum S. Theologiæ, qui optima methodo, post sacras scripturas, legendis primævæ antiquitatis Patribus sedulam *dant operam. Si scopum attigerim*, non parum lætabor: sin minus, nova hac via aperta & quasi digito monstrata, aliis, qui hoc argumentum feliciori genio pertractaturi sint, præiisse abunde sufficiat.

In hac Sylloge proxime sequuntur *Græca Acta Martyrii S. Ignatii ex eodem codice* Colbertino ad literam fere expressa, ne quicquam in textu temere mutasse viderer: mendas autem, quæ in oculos insiliunt, in notis reservavi corrigendas. *Acta* hæc mihi videntur esse pura & genuina, nec à quoquam juste sollicitanda, si pauciissima, præsertim ea de annis Trajani & nominibus Consulum, sub quibus hæc gesta fuisse dicuntur, quæ variationem à Librariis, veræ istorum temporum supputationis omnino ignaris, introductam passæ sint, excipiamus. Sed hisce litibus chronologicis in præsens non me immiscebo, quum de anno, quo glorioso hoc agone consummatus fuerat S. Ignatius, ex dissertatione D. Pearsoni certo constet: de aliis circumstantiis juxta Fastorum Consu-

Consularium normam explorandis forsan differendi opportunior postea dabitur occasio. Nihil autem hinc Actorum αὐθεντίᾳ aut veritati historicæ detrahi aut potest aut debet, de quibus quum in Præfatione fuse egerim, ea cum nausea & tædio Lectoris hic repetere nolo.

Epistolam S. Polycarpi ad Philippenses, cui ille genuinarum *S. Ignatii Epistolarum syllogen* subjunxerat, primus Græce [a] Petrus Halloix S. J. ex apographo Turriani ad illum à doctissimo Viro, Jacobo Sirmondo, diligentissimo ac felicissimo Antiquitatum Ecclesiasticarum investigatore, transmisso edidit. Genuina certe Epistola est, & in maximo apud Christianos primorum seculorum pretio & honore habita, in quorum solennibus conventibus legi solebat, & ex qua Eusebius dicit, inter alia, quædam testimonia ex priori S. Petri Epistola desumpta esse, quod legenti abunde constabit: nec minus Sanctissimus Martyr *in Epistola S. Clementis Romani ad Corinthios* versatus mihi videtur, cujus verba quoque sæpenumero retinet. Unicum illud exemplar videtur in Christiano orbe adhuc repertum, quo usus est Turrianus, ex quo cetera apographa derivantur. Utinam vero illa Græce integra exstitisset! Dolendum enim est, posteriorem partem, quæ eundem Auctorem plane habet, ibi deesse: sed interim versione veteri Latina contenti esse debemus, donec perfectum exemplar cura Principum & Episcoporum ex Græcia procurari possit. *Illa autem antiqua* versio est mendosissima, nec operæ pretium duxi in illa restituenda valde sollicitum esse.

Denique parvam hanc Syllogen claudunt *Acta Martyrii S. Polycarpi*, quorum maximam partem conservavit Eusebius in Historiæ Ecclesiasticæ lib. IV. cap. 15. Sed quæ integra D. Usserius Armachanus è Menologio Græco, MS. n. 238. fol. 14. b. in Archivis Baroccianis bibliothecæ Oxonienſis repositio, sub hoc titulo, Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Πολυκάρπου ἐπισκόπου Σμύρνης τῆς Ἀσίας πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Φευρουαρίων, edidit.

Aliud exemplar huic par & geminum quoque exstat in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi in Menologio Græco mensis Februarii, ut patet ex Petri Lambecii Commentariorum lib. VIII. p. 88. ubi initium hujus Martyrii, & finis, qui definit sectione XIX. nostræ editionis, occurrunt, positis ibi paucis, quæ in Sect.

[a] *In illustrium Ecclesiæ Orientalium Scriptorum, qui sanctitate juxta & eruditione primo Christi seculo floruerunt & Apostolis convixerunt, vitis & documentis. Duaci* M. DC. XXXIII. *Tom.* I. *p.* 525.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [18] - -
PUBLIC DOMAIN

XVII. melius & rectius *collocantur*. Paucas inde Variationes in ima pagina *appoſui*, integra collatione iis, qui iſto codice poſtea uſuri ſint, *relicta*.

Latina verſio ex codicibus Cottoniano & Sarisberienſi à D. Uſſerio deſumpta eſt, potius *paraphraſis* appellanda, paſſim mendoſa, *inepta*, & corrupta, quam tamen ob antiquitatem, fructumque aliquem inde colligendum, retinendam volui. Supervacanei fuiſſet laboris aut eam cum originali Græco, aut cum verſionibus Latinis, à Bollando aliiſque publicatis, conferre conari. Compertiſſimum habeo, quemlibet exſcriptorem, (quod de Græcis quoque Librariis dicendum eſt) de ſuo explicationis cauſſa, prout animo lubebat, addere conſueviſſe. Has minutias ſæpe ſæpius neglexi, imo & contempſi, utpote quæ nullo modo ad elucidandum Græcum textum conducant. Quid vero, ſive in *Epiſtola S. Polycarpi*, ſive in *Actis Martyrii ejuſdem*, emendandis & illuſtrandis fecerim, malim, ut quiſpiam à ſe, ſi hanc editionem cum præcedentibus conferre velit, quam noſtro præconio, ediſcat.

Quum ſpem non illætabilem mente concepiſſem, quam Viri clariſſimi, quorum judicium ab omni ſuſpicione, pariter ac probitas ab omni aſſentatione vacaverit, crebris ſuis hortatibus ſuaſibuſque, ne dicam prompta & inexſpectata commendatione alebant, me in edendis *S. Ignatii Epiſtolis*, reliquiſque, quæ ſequuntur, de bonis literis, de Eccleſia *Anglicana*, *de Apoſtolica hierarchia*, *deque juvenibus Theologis*, ſeſe ad hæc ſacra ſtudia accingentibus, bene, aliquantulum ſaltem, forſan meriturum eſſe; facile in animum induxi meum, honeſtum hoc, poſt tot annos intermiſſum, imo & abjectum, haſce *Epiſtolas & Acta* edendi propoſitum reſumere, &, ſi quoquo modo fieri poſſet, in publicam lucem dare.

Quòd jam voti compos fiam, id maxime debetur reverendo & inſigniſſimo Viro, D. Doctori Lancaſter, celeberrimæ Academiæ Oxonienſis Vice-Cancellario; qui pro ſacræ & politioris literaturæ amore, & pro eximia iſta, qua erga nomen & memoriam Viri ſummi, D. Pearſoni, ferebatur, reverentia, veneranda hæc Antiquitatis Eccleſiaſticæ monumenta è Theatro Sheldoniano edenda eſſe voluit & juſſit: quod hic omni cum debito gratitudinis ſenſu, prout fas exigit, agnoſco. Quum vero per ingraveſcentem ætatem aliaque incommoda Oxonii, ubi magnam vitæ

meæ

meæ partem in Collegio B. Mariæ Magdalenæ olim feliciter transegeram, dum typothetæ instarent operi, ferveretque prelum, moram facere neutiquam liceret, ad absentis vices supplendas, hunc laborem perquam benevole in se susceperunt, J. Hudsonus, S.T.P. bibliothecæ Bodleianæ Præfectus, vir sane doctissimus, bonisque literis promovendis natus; & T. Hearnius, A.M. cujus industria, virtus, & eruditio ipsum longe meliori sorte, imo & Præsulum Magnatumque favore & patrocinio perquam dignissimum reddunt: quorum junctis operis consiliisque me in hac editione adornanda maxime adjutum esse, prout æquum est, profiteri gestio. Sed non te diutius morabor.

Vale, Lector erudite & candide, & hisce conatibus nostris, quos in sanctissimi Numinis gloriam, inque publicam Ecclesiæ & Reipublicæ literariæ utilitatem, quod hic repetere oportet, sincera mente destinavi, fave, &, si tibi allubescant, fruere.

Westmonasterii
21. *Octobris*
A. Ch. 1708.

T. S.

TOY

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΓΝΑΤΙΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

SANCTI IGNATII
EPISTOLÆ.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ.

Ιγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληρωμένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ ὄσῃ παντὸς χαρίσματος, θεοπρεπεστάτῃ καὶ ἁγιοφόρῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ θεοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

AD SMYRNÆOS.

Ignatius, qui & Theophorus, Eccleſiæ Dei Patris & dilecti Ieſu Chriſti, habenti propitiationem in omni chariſmate, impletæ in fide & charitate, indeficienti exiſtenti omni chariſmate, Deo-decentiſſimæ & ſanctiferæ, exiſtenti in Smyrna Aſiæ; in incoinquinato ſpiritu & verbo Dei, plurimum gaudere.

α'. Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεόν, τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ σαρκί τε καὶ πνεύματι, καὶ ἐδραιωμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, [1] πεπληροφορημένους εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ

I. GLorifico *Jeſum Chriſtum* Deum, qui vos ſapientes fecit: intellexi enim vos perfectos in immobili fide, quemadmodum clavifixos in cruce Domini noſtri *Jeſu Chriſti* & carne & ſpiritu, & firmatos in charitate in ſanguine *Chriſti*; certificatos in Dominum noſtrum *Jeſum Chriſtum*, vere exiſtentem de genere *David* ſecundum carnem, filium Dei ſecundum voluntatem & potentiam Dei, genitum vere ex Virgine,

1 Theodoret. Dialog. I.

 baptizatum

baptizatum à *Joanne*, *ut impleatur omnis juſtitia ab ipſo*, vere ſub *Pontio Pilato* & *Herode* Tetrarcha clavifixum pro nobis in carne. A cujus fructu nos, à divine-beatiſſima ipſius paſſione, [a] *ut levet ſignum* in ſecula, per reſurrectionem, in ſanctos & fideles ipſius, & in Judæis & in Gentibus, in uno corpore Eccleſiæ ipſius.

II. Hæc enim omnia paſſus eſt pro nobis, ut ſalvemur. Et vere paſſus eſt, ut & vere reſuſcitavit ſeipſum: non, quemadmodum infideles quidam dicunt, ſecundum videri ipſum paſſum eſſe, ipſi ſecundum videri exiſtentes; & quemadmodum ſapiunt, & accidet ipſis, exiſtentibus incorporeis & dæmoniacis.

III. [b] Ego enim & poſt reſurrectionem in carne ipſum vidi, & credo exiſtentem. Et quum ad eos, qui circa *Petrum*, venit, ait ipſis: *Apprehendite, palpate me, & videte, quoniam non ſum dæmonium incorporeum.* Et confeſtim ipſum tetigerunt, & crediderunt, convicti carne ipſius & ſpiritu. Propter hoc & mortem contempſerunt; inventi autem ſunt ſuper mortem. [c] Poſt reſurrectionem autem comedit cum eis & bibit, ut carnalis; quamvis ſpiritualiter unitus Patri.

IV. Hæc autem monefacio vobis, dilecti, ſcieus quoniam & vos ſic habetis. Præmunio autem vos à beſtiis anthropomorphis: quos non ſolum oportet vos non reci-

Ιωάννε, ἵνα πληρωθῇ πᾶσι δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ, ἀληθῶς ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ηρῴδε τετράρχε καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί. Ἀφ' ἧς καρπὸς ἡμεῖς ἀπὸ τῆς θεομακαρίας αὐτοῦ πάθους, ἵνα ἄρῃ σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ιουδαίοις, εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

Β'. Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτόν· οὐχ ὥσπερ ἄπιστοί τινες λέγουσιν τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονθέναι, αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες, καὶ καθὼς φρονοῦσιν καὶ συμβήσεται αὐτοῖς, ὄντα ἀσωμάτοις καὶ δαιμονικοῖς.

Γ'. Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. Καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο, καὶ ἐπίστευσαν, [2] κραθέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. Διὰ τοῦτο καὶ θανάτου κατεφρόνησαν· ηὑρέθησαν δὲ ὑπὲρ θάνατον. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν, ὡς σαρκικὸς, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ πατρί.

Δ'. Ταῦτα δὲ προλέγω ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑμεῖς οὕτως ἔχετε. Προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων· οὓς οὐ μόνον δεῖ ὑμᾶς μὴ προσ-

1 MS. θεμακαρίτου. lege θεομακαρίου. 2 MS. κραθέντες, compendiaria ſcriptione. a Iſa. V. 26. & XLIX. 22. juxta LXX. *Vexillum crucis*, in fragmentis S. Polycarpi. b Euſeb. H. E. l. III. c. 56. Theodoret. Dialog. II. c Theodoret. ibid.

δέχεσθαι,

δέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατόν ἐστι μηδὲ συναντᾶν, μόνον δὲ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν, ὅπερ δύσκολον. Τέτε δὲ ἔχει ἐξουσίαν Ιησᾶς Χριςὸς, τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν. [1] Εἰ γὰρ [2] τὸ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τε Κυρίε ἡμῶν, κἀγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι. Τί δὲ ἐμαυτὸν ἐκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; Ἀλλ' [3] ἐγγὺς μαχαίρας, ἐγγὺς θεᾶ, [4] μεταξὺ θηρίων, μεταξὺ θεᾶ". Μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ιησᾶ Χριςᾶ, εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ, πάντα ὑπομένω· αὐτᾶ με ἐνδυναμᾶντος τὸ τελείε ἀνθρώπε γενομένε.

ε'. Οντινες ἀγνοᾶντες ἀρνᾶνται, μᾶλλον ἢ ἠρνήθησαν ὑπ' αὐτᾶ, ὄντες σωτῆρες τὸ θανάτε μᾶλλον ἢ τ[5] ἀληθείας· ὃς οὐκ ἔπεισεν αἰ προφητείαι, οὐδ' ὁ νόμος Μωσέως, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι νῦν τὸ εὐαγγέλιον, οὐδὲ τὰ ἡμέτερα [5] τῶν κατ' ἄνδρα παθήματα. Καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν τὸ αὐτὸ φρονᾶσιν. [6] Τί γάρ με ὠφελᾶ τις, ὡ ἐμὲ ἐπαινεῖ, [7] τὸν δὲ κύριον μὲ βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; Ο δὲ τᾶτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται [7] ὢν νεκροφόρος. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, ὄντα ἄπιστα, οὐκ ἔδοξέ μοι ἐγγράψαι· ἀλλὰ μηδὲ γένοιτό μοι αὐτῶν μνημονεύειν, μέχρις ἂ μετανοήσωσιν εἰς τὸ πάθος, ὅ ἐστιν ἡμῶν ἀνάστασις.

ς'. Μηδεὶς πλανάσθω. Καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι, ἐὰν μὴ [8] πιστεύσωσιν

pere, ſed ſi poſſibile neque eis obviare; ſolum autem orare pro ipſis, ſi quo modo pœniteant, quod difficile. Hujus autem habet poteſtatem *Jeſus Chriſtus*, verum noſtrum vivere. Si autem ſecundum videri hæc operata ſunt à Domino noſtro: [a] ergo & ego ſecundum videri ligor. Quid autem & meipſum traditum dedi morti, ad ignem, ad gladium, ad beſtias? Sed prope gladium, prope Deum: inter medium beſtiarum, inter medium Dei. Solum in nomine *Jeſu Chriſti*, ad compati ipſi, omnia ſuſtinebo: ipſo me fortificante, qui perfectus homo factus eſt.

V. Quem quidam ignorantes abnegant; magis autem abnegati ſunt ab ipſo; exiſtentes concionatores mortis magis, quam veritatis: quos non perſuaſerunt Prophetiæ, neque lex *Moyſi*; ſed neque uſque nunc Evangelium, neque noſtræ eorum qui ſecundum virum paſſiones. Etenim de *nobis idem ſapiunt*. Quid enim juvat me quis, ſi me laudat; Dominum autem meum blaſphemat, non confitens ipſum carniferum? Qui autem hoc non dicit, ipſum perfecte abnegavit, exiſtens mortifer. Nomina autem ipſorum, exiſtentia infidelia, non viſum eſt mihi inſcribere: ſed neque fiat mihi ipſorum recordari, uſque quo pœniteant in paſſionem, quæ eſt noſtra reſurrectio.

VI. Nullus erret. Et ſupercœleſtia, & gloria Angelorum, [b] & Principes viſibiles & inviſibiles, ſi non credant in ſangui-

1 Theodoret. Dialog. I. 2 Theodoret. τῷ. utrobique. 3 Ο ἐγγὺς, Theodor. 4 Hæc male omittuntur à Theodoreto. 5 Interpol. habet τὰ. ſed τῶν poteſt retineri. 6 Theodoret. Dialog. I. 7 Theodoret. ὢν πικροφόρος. male. 8 MS. πιστεύσωμεν.

a Deeſt *ergo* in Cod. Cienſi. b V. Vind. Ignat. II. 90.

nem *Christi*; & illis judicium est. [a] Qui capit, capiat. Qualitate nullus infletur: totum enim est fides & charitas, quibus nihil præpositum est. Considerate autem aliter opinantes in gratiam *Jesu Christi*, eam quæ in nos venit; qualiter contrarii sunt sententiæ Dei. [b] De charitate non est cura ipsis, non de vidua, non de orphano, non de tribulato, non de ligato vel soluto, non de esuriente vel sitiente.

VII. Ab Eucharistia & oratione recedunt; propter non confiteri Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri *Jesu Christi* pro peccatis nostris passam, quam benignitate Pater resuscitavit. Contradicentes ergo [c] huic dono Dei, perscrutantes moriuntur. Conferens autem esset ipsis diligere, ut resurgant. Decens est recedere à talibus, & neque seorsum de ipsis loqui, neque communiter: attendere autem Prophetis, præcipue vero Evangelio, *in quo* passio nobis ostensa est, & resurrectio perfecta est. Partitiones autem fugite, ut principium malorum.

VIII. Omnes Episcopum sequimini, ut *Jesus Christus* Patrem; & Presbyterium, ut Apostolos: Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum. Nullus sine Episcopo aliquid operetur eorum quæ conveniunt in Ecclesiam. Illa firma gratiarum actio reputetur, quæ sub [d] ipso est, vel quam utique ipse concesserit. Ubi utique apparet Episcopus, illic multitudo sit; quemadmodum uti-

εἰς τὸ αἷμα Χριστοῦ, καὶ κείνοις κρίσις ἐστίν. Ὁ χωρῶν χωρείτω. Τόπος μηδένα φυσιάτω· τὸ γὰρ ὅλον ἐστὶ πίστις καὶ ἀγάπη, ὧν ἐδὲν προκέκριται. Καταμάθετε δὲ τοὺς ἑτεροδοξοῦντας εἰς τὴν χάριν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν, πῶς ἐναντίοί εἰσὶν τῇ γνώμῃ τοῦ θεοῦ. Περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ ὀρφανοῦ, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου, οὐ περὶ πεινῶντος ἢ διψῶντος.

Ζ'. [1] Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν. Οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ θεοῦ συζητοῦντες ἀποθνήσκουσι. Συνέφερεν δὲ αὐτοῖς ἀγαπᾶν, ἵνα καὶ ἀναστῶσιν. Πρέπον οὖν ἐστὶν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων, καὶ μήτε κατ' ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν, μήτε κοινῇ· προσέχειν δὲ τοῖς προφήταις, ἐξαιρέτως δὲ τῷ εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἡμῖν δεδήλωται, καὶ ἡ ἀνάστασις τετελείωται. Τοὺς δὲ μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν.

Η'. Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρί, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε, ὡς θεοῦ ἐντολήν. Μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω· ὥσπερ ὅπου

a Theodoret. Dialog. III. a S. Matt. XIX. 12. b V. S. Polycarp. ep. p. 19. c Eucharistiæ. d L. *episcopo*.

ἂν

ἂν ᾖ Χριστὸς Ιησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Οὐκ ἐξὸν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, οὔτε βαπτίζειν, οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ θεῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ πράσσεται.

θ'. Εὔλογόν ἐστιν λοιπὸν ἀνανῆψαι, καὶ, ὡς ἔτι καιρὸν ἔχομεν, εἰς θεὸν μετανοεῖν. Καλῶς ἔχει καὶ θεὸν καὶ ἐπίσκοπον εἰδέναι. Ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον, ὑπὸ θεοῦ τετίμηται· ὁ λάθρᾳ ἐπισκόπου τι πράσσων, τῷ διαβόλῳ λατρεύει. Πάντα οὖν ὑμῖν ἐν χάριτι περισσευέτω, ἄξιοι γὰρ εἰσέ. Κατὰ πάντα με ἀνεπαύσατε, καὶ ὑμᾶς Ιησοῦς Χριστός. Ἀπόντα με καὶ παρόντα ἠγαπήσατε. Ἀμείβοι ὑμῖν θεὸς, δι' ὃν πάντα ὑπομένοντες αὐτοῦ τεύξεσθε.

ι'. Φίλωνα, καὶ Ῥέων Ἀγαθόπουν, οἱ ἐπηκολούθησάν μοι εἰς λόγον θεοῦ, καλῶς ἐποιήσατε ὑποδεξάμενοι ὡς διακόνους Χριστοῦ θεοῦ· οἱ καὶ εὐχαριστοῦσιν τῷ κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον. Οὐδὲν ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολεῖται. Ἀντίψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου, καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ οὐκ ὐπερηφανήσατε οὐδὲ ἐπαισχύνθητε· οὐδὲ ὑμᾶς ἐπαισχυνθήσεται ἡ τελεία πίστις Ιησοῦς Χριστός.

ια'. Ἡ προσευχὴ ὑμῶν ἀπῆλθεν ἕως τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας. ὅθεν δεδεμένος θεοπρεπεστάτοις δεσμοῖς πάντας ἀσπάζομαι, ἐξ ὧν οὐκ ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι ἔσχατος αὐτῶν ὤν· κατὰ θέλημα δὲ θεοῦ κατηξιώθην, οὐκ ἐκ συνειδότος, ἀλλ' ἐκ χάριτος θεοῦ, ᾗ εὔχομαι τε-

que ubi est *Christus Iesus*, illic Catholica Ecclesia. Non licitum est sine Episcopo neque baptizare, neque agapen facere: sed quod utique ille probaverit, hoc est & Deo beneplacitum; ut stabile sit & firmum omne quod agitur.

IX. Rationabile est de cetero evigilare; &, quum adhuc tempus habemus, in Deum pœnitere. Bene habet & Deum & Episcopum cognoscere. Honorans Episcopum, à Deo honoratus est: qui occultans ab Episcopo aliquid operatur, Diabolo præstat obsequium. Omnia igitur vobis in gratia superabundent: digni enim estis. Secundum enim omnia me quiescere fecistis: & vos *Jesus Christus*. Absentem me & præsentem dilexistis. Retribuat vobis Deus; propter quem omnia sustinentes, ipsum adipiscemini.

X. *Philonem* & *Reum* [&] *Agathopum*, qui secuti sunt me in verbum Dei, bene fecistis suscipientes ut *ministros Dei Christi*: qui & gratias agunt Domino pro vobis; quoniam ipsos quiescere fecistis secundum omnem modum. Nihil vobis utique deperibit. Conformis animæ vestræ spiritus meus, & vincula mea, quæ non despexistis, neque erubuistis: neque vos erubescet perfecta fides *Jesus Christus*.

XI. Oratio vestra pervenit ad Ecclesiam quæ est in *Antiochia Syriæ*; unde ligatus Deo decentissimis vinculis omnes saluto, non existens dignus inde esse, extremus ipsorum existens: secundum voluntatem autem Dei dignus factus sum, non ex conscientia, sed ex gratia Dei; quam oro perfe-

ctam mihi dari, ut in oratione vestra Deo potiar. *Ut igitur* perfectum vestri fiat opus in terra & in cœlo; decet, ad honorem Dei, ordinare Ecclesiam vestram *Deo* venerabilem, in factum usque *Syriam* congaudere ipsis, quoniam pacem habent, & acceperunt propriam magnitudinem, & restitutum est ipsis proprium corpusculum. Visum est mihi igitur Deo digna res, mittere aliquem vestrorum cum epistola: ut [a] conglorificent eam, quæ secundum Deum, ipsis factam tranquillitatem; & quoniam portu jam potita est, oratione vestra. Perfecti existentes, perfecta & sapite. Volentibus enim vobis benefacere Deus paratus est ad tribuere.

XII. Salutat vos charitas fratrum, qui in *Troade*: unde & scribo vobis, per *Burrum*, quem misistis mecum simul [b] *Ephesiis* fratribus vestris; qui secundum omnia me quiescere fecit. Et utinam omnes *ipsum imitentur*, existentem exemplarium Dei ministerii. Remuneret ipsum gratia secundum omnia. Saluto Deo dignum Episcopum, & Deo decens Presbyterium, & conservos meos Diaconos; & singillatim & communiter omnes, in nomine *Jesu Christi*, & carne ipsius, & sanguine, & passione, & resurrectione, carnali & spirituali, in unitate Dei & vestri. Gratia vobis, & misericordia, & pax, & sustinentia semper.

XIII. Saluto domos fratrum meorum, cum uxoribus & filiis; & virgines vocatas viduas. Valete mihi in virtute [c] Patris.

1 Redundat: & plane omittendum videtur.

λείαν μοι δοθῆναι, ἵνα ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν θεοῦ ἐπιτύχω. Ἵνα οὖν τέλειον ὑμῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ, πρέπει εἰς τιμὴν θεοῦ χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν θεοπρεσβύτην εἰς τὸ γενόμενον ἕως Συρίας συγχαρῆναι αὐτοῖς ὅτι εἰρηνεύουσιν, καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος, καὶ ἀποκατεστάθη αὐτοῖς τὸ ἴδιον σωματεῖον. Ἔφάνη μοι ἓν ἄξιον πρᾶγμα πέμψαι τινὰ τῶν ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδίαν, καὶ ὅτι λιμένῳ ἤδη ἐτύγχανεν τῇ προσευχῇ ὑμῶν. Τέλειοι ὄντες τέλεια καὶ φρονεῖτε. Θέλουσιν γὰρ ὑμῖν εὐποιεῖσθαι θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ εὐποιεῖν.

ιβ'. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι· ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου, ὃν ἀπεστείλατε μεθ' ἑαυτῶν ἅμα Ἐφεσίοις τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν, ὃς κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν. Καὶ ὄφελον πάντες αὐτὸν ἐμιμοῦντο, ὄντα ἐξεμπλάριον θεοῦ διακονίας. Ἀμείψεται αὐτὸν ἡ χάρις κατὰ πάντα. Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ θεοπρεπέστατον πρεσβυτέριον, καὶ τοὺς συνδούλους μου διακόνους, καὶ τοὺς κατ' ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ αἵματι, πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇτε καὶ πνευματικῇ, [1] ἐν ὀνόματι"; ἐν ἑνότητι θεοῦ καὶ ὑμῶν. Χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπομονὴ διὰ παντός.

ιγ'. Ἀσπάζομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας. Ἐρρῶσθέ μοι ἐν δυνάμει

a L. *conglorificet*. b Euplo & Frontone. c *Spiritus*.

μει πνεύματος. Ασπάζεται ὑμᾶς Φίλων, σὺν ἐμοὶ ὤν. Ασπάζομαι τ οἶκον Ταυίας, ᾧ εὔχομαι ἑδραῖαν εἶναι πίστει καὶ ἀγάπῃ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Ασπάζομαι Αλκην, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα· καὶ Δάφνον, Ασύγκριτον, καὶ Εὔτεκνον, καὶ πάντας κατ' ὄνομα. Ἐρρῶσθε ἐν χάριτι θεοῦ.

Salutat vos *Philon*, mecum existens. Saluto domum *Thaviæ*: quam oro firmari fide & charitate carnali & spirituali. Saluto *Alken* desideratum mihi nomen, & *Daphnum* incomparabilem, & *Eutecnum*, & omnes secundum nomen. Valete in gratia Dei.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΑΠΟ ΤΡΩΑΔΟΣ.

1 Πατρὸς.

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.

Ιγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμυρναίων, μᾶλλον δὲ ἐπισκοπημένῳ ὑπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

α'. Ἀποδεχόμενός σου τ ἐν θεῷ γνώμην, ἡδρασμένην ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον, ὑπερδοξάζω, καταξιωθεὶς ἰδεῖν πρόσωπόν σου τὸ ἀμώμητον, ὃ ἐναίμην ἐν θεῷ. Παρακαλῶ σε ἐν χάριτι θεοῦ, ᾗ ἐνδέδυσαι, ἐπιδρομὴν τῷ δρόμῳ σου, καὶ πάντας παρακαλεῖν, ἵνα σώζωνται. 1 Ἐκδίκει σου τ τόπον ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Τῆς ἑνώσεως φρόντιζε, ἧς οὐδὲν ἄμεινον. Πάντας βάσταζε ὡς καί σε ὁ κύριος. Πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ, ὥσπερ καὶ ποιεῖς. Προσευχαῖς σχόλαζε ἀδιαλείπτοις. Αἴτει σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις. Γρηγόρει, ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος. Τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ 2 βοήθειαν θεοῦ λάλει. Πάντων τὰς νόσους βάσταζε, ὡς τέλειος ἀθλητής. Ὅπου πλείων κόπος, πολὺ κέρδος.

1 Antioch. homil. CXI. περὶ ἀγνοίων. 2 Ὁμοίθιαν. jutorium. d Gal. VI. 2.

AD POLYCARPUM.

Ignatius, qui & Theophorus, Polycarpo Episcopo Ecclesiæ Smyrnæorum, magis autem visitato à Deo Patre & Domino Jesu Christo, plurimum gaudere.

I. Acceptans tuam in Deo sententiam, firmatam ut supra petram immobilem, superglorifico, dignificatus tua facie immaculata, qua fruar in Deo. Deprecor te in Dei gratia, *qua indutus es*, [a] apponere cursui tuo; & omnes deprecari, ut salventur. Justifica locum tuum in omni cura, carnali & spirituali. Unionem cura, qua nihil melius. Omnes supporta; ut & te Dominus. Omnes sustine in charitate; quemadmodum & facis. Orationibus vaca indesinentibus. [b] Pete intellectum ampliorem eo quem habes. Vigila, non dormientem spiritum possidens. Singulis secundum [c] consuetudinem Dei loquere. Omnium ægritudines porta, [d] ut perfectus athleta. ubi major labor, multum lucrum.

a 2 Tim. IV. 7. b 1 Thess. V. 17. c Adjutorium. d Gal. VI. 2.

II. Bonos

II. Bonos discipulos si diligas, gratia tibi non est: magis deteriores in mansuetudine subjice. Non omne vulnus eodem emplastro curatur. Exacerbationes in pluviis quieta. [a] *Prudens fias, ut serpens,* in omnibus; *& simplex, ut columba.* Propter hoc carnalis es & spiritualis, ut manifesta in tuam faciem blandiaris: invisibilia autem petas, ut tibi manifestentur; ut nullo deficias, & omni charismate abundes. Tempus expetit te, ut gubernatores ventos, & ut qui in procella est portum ad Deo potiendum. Vigila, ut Dei athleta: thema incorruptio & vita æterna; de qua & tu confisus es secundum omnia. Tui refrigerium ego, & vincula mea, quæ dilexisti.

III. Qui videntur fide digni esse & altera docent, non te stupefaciant. [b] Sta firmus, ut incus percussa. Magni est athletæ, [c] discerpi *&* vincere: *maxime* autem propter Deum omnia sustinere nos oportet; ut & ipse nos sustineat. Plus studiosus fias, quam es. Tempora considera: eum qui supra tempus exspecta; intemporalem, invisibilem, propter nos visibilem; impalpabilem, impassibilem, propter nos passibilem; secundum omnem modum propter nos sustinentem.

IV. Viduæ non negligantur. post Dominum tu ipsarum curator esto. Nihil sine sententia tua fiat; neque tu sine Deo quid operare: quod autem operaris, sit

Β'. Καλὸς μαθητὴς ἐὰν φιλῇς, χάρις σοι οὐκ ἔστιν· μᾶλλον τοὺς λοιμοτέρους ἐν πραότητι ὑπόταξε. Οὐ πᾶν τραῦμα τῷ αὐτῷ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. Τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε. Φρόνιμος γίνε, ὡς ὄφις, ἐν ἅπασιν· & ἀκέραιος, [1] ὡσεὶ περιστερά. Διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικός, ἵνα [2] τὰ φαινόμενά σε εἰς εὐσωπον κολακεύῃς· τὰ δὲ ἀόρατα αἴτει ἵνα σοι φανερωθῇ, ὅπως μηδενὸς λείπῃ, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. Ὁ καιρὸς ἀπαντεῖ σε, ὡς κυβερνήταις ἀνέμους, καὶ ὡς χειμαζόμενος λιμένα, εἰς τὸ θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Νῆφε ὡς θεοῦ ἀθλητής· τὸ θέμα ἀφθαρσία καὶ ζωὴ αἰώνιος, περὶ ἧς & σὺ πέπεισαι. κατὰ πάντα σε ἀντίψυχον ἐγὼ, & τὰ δεσμά μου, ἃ ἠγάπησας.

Γ'. Οἱ δοκοῦντες ἀξιόπιστοι εἶναι & ἑτεροδιδασκαλοῦντες, μή σε καταπλησσέτωσαν. Στῆθι ἑδραῖος ὡς ἄκμων τυπτόμενος. Μεγάλου ἐστὶν ἀθλητοῦ τὸ δέρεσθαι καὶ νικᾶν· μάλιστα δὲ ἕνεκεν θεοῦ πάντα ὑποστατέον ἡμᾶς δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ. Πλέον σπουδαῖος γίνε τοῦ εἶναι. Τοὺς καιροὺς καταμάνθανε· τὸν ὑπὲρ καιρὸν προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατόν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθητόν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.

Δ'. Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν. μετὰ τὸν κύριον σὺ αὐτῶν φροντιστὴς ἔσο. Μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω, μηδὲ σὺ ἄνευ [3] θεοῦ τι πράσσε· ὅπερ [4] οὐδὲ πράσσεις, εὐσεβής.

Hactenus de Actis genuinis; quæ ſequioribus ſeculis fœde erant corrupta, & ab impuris Interpolatorum manibus inquinata: qui dum aut credulæ plebis, ad amplexandum avidiſſimis auribus, quicquid illis figmentorum lenocinio placeret, pronæ, ſegni ſtupidæque indoli & ingenio indulgere, aut gloriam Sanctorum & Martyrum inventis fabellis, licet inficetis, prodigioſiſque narrationibus, humanam ſortem exſuperantibus, augere ſtuduerint, veritatem miſere corruperunt, mendaciiſque ſuis ſeræ poſteritati ivere illuſum, idque quidem citra omne remedium, niſi puriora vetuſti ævi monumenta è tenebris quorundam eruditorum diligentia in lucem educta, illorum fraudes, impoſturas, perfidiamque detexiſſent.

Acta hæc interpolata, quæ *poſteriora* appellabimus, ſexto aut ſaltem ſeptimo ſeculo primum ficta fuiſſe, veri perquam ſimile D. Pearſono, aliiſque

que Viris doctiſſimis, videtur: & deinde progreſſu temporis novis, iiſque miris, commentis aucta conſtat. Præ modeſtia enim hac ex parte laudandus videbitur Simeon Metaphraſtes, hiſce malis artibus fraudulentiſque incruſtationibus ex luxuriantis ingenii vitio ſatis famoſus, ſi cum aliis Actorum architectis & conſarcinatoribus conferatur. Horum Actorum exemplar exſtat in Bibliothecæ Bodlejanæ Archivis Baroccianis Cod. CXCII. ex quo multa excerpta habentur apud D. Uſſerium in annotationibus ſuis ad hujus ſanctiſſimi Præſulis martyrium. Ex hoc impuro fonte profluxerunt, ut ibi quoque vir ille maximus obſervavit, miræ iſtæ narrationes, quæ non ſolum apud Vincentium Bellovacenſem, alioſque recentiores, ſed quæ apud Bedam & Adonem in Martyrologiis ſuis occurrunt.

Exſtant Latine ejuſmodi Acta Martyrii S. Ignatii in Archivis Laudinis ejuſdem bibliothecæ. L. 23. quæ dum olim percurri, omnia juxta novum hoc exemplar Græcum mire interpolata, multis quoque de variis ſermonibus inter Trajanum, quem fingunt Romæ tunc fuiſſe, & S. Ignatium habitis, de ſententia mortis ab iſto Imperatore & Senatu Romano in S. Martyrem prolata, deque cruciatibus huic irrogatis, ubique inſertis, (quod pariter quoque legitur in Menæo Græcorum ad natalem S. Ignatii XX. die Decembris celebratum.) ne alia vana, puerilia, falſa, & S. Ignatio indigna memorem, vel perfunctorie legendo reperi. Item proſtant in iiſdem Archivis L. 21. Acta alia Latina, ejuſdem fere in omnibus tenoris. Reperi quoque in eadem bibliotheca alium codicem manuſcriptum, NE. E. 7. 5. continentem quædam ex Actis interpolatis, ex quibus pauca hæc exſcripſi. *fol. 57. 6.*

Legitur autem, quod beatus Ignatius inter tormentorum genera nunquam ab invocatione nominis Jeſu Chriſti ceſſabat: quem quum tortores requirerent, cur hoc nomen totiens replicaret, ait, hoc nomen cordi meo inſcriptum habeo, & ideo ab ejus invocatione ceſſare non valeo. Poſt mortem igitur ejus illi, qui audierant, volentes curioſius experiri, cor ejus ab ejus corpore avellunt, & illud ſcindentes per medium, totum cor inſcriptum hoc nomine IHC. XPC. *literis aureis inveniunt. Unde ex hoc plurimi crediderunt.* Sed in hiſce putidis frivoliſque fabulis enarrandis immorari plane piget.

Quod vero ad alteram Latinam Verſionem à D. Uſſerio ex bibliotheca Cottoniana editam ſpectat, ſi excipiamus pudenda iſta inſomnia & deliria ex Actis Græcis poſterioribus verſus finem addita, quæ in lucem vulgari, ut ſupra dixi, merito magnum illum Virum puduerit, Interpretem iſtum verum Actorum Græcorum exemplar, quoad ea omnia nimirum, quæ in editione Uſſeriana in adverſa columna apponuntur, coram oculis habuiſſe ex utriuſque collatione ſatis liquet: licet ille verborum Græcorum ſenſum in multis neutiquam aſſecutus fuerit. Verum dico exemplar, licet non integrum: quum ſectio una & altera in verſione iſta deſideretur: niſi potius dicendum ſit, aut ipſum Interpretem aut Exſcriptorem ea, quæ ſeriei hiſtoriæ non adeo bene convenire pro captu ſuo judicaverint, ex induſtria omiſiſſe.

Mar-

Martyrium ſacro-ſancti Martyris Ignatii Theophori.

I. NUper recipiente principatum Romanorum *Trajano*, Apoſtoli & Evangeliſtæ *Joannis* diſcipulus *Ignatius*, vir in omnibus Apoſtolicus, gubernabat Eccleſiam *Antiochenorum*. Qui quondam procellas vix mitigans multarum ſub *Domitiano* perſecutionum, quemadmodum gubernator bonus, gubernaculo orationis & jejunii, continuitate doctrinæ, robore ſpirituali, fluctuationi [a] adverſantis ſe oppoſuit potentiæ: timens, ne aliquem eorum qui puſillanimes & magis ſimplices proſterneret. Igitur lætabatur quidem de Eccleſiæ inconcuſſione, quieſcente *ad paucum* perſecutione: dubitavit autem ſecundum ſeipſum, quod nondum vere in *Chriſtum* charitatem attigerat, neque perfectum diſcipuli ordinem. Cogitavit enim eam quæ per Martyrium confeſſionem plus ipſum adducere ad familiaritatem Domini. Unde annis paucis adhuc permanens Eccleſiæ, &, ad lucernæ modum divinæ, cujuſque illuminans cor per Scripturarum enarrationem, ſortitus eſt iis, quæ ſecundum votum.

II. *Trajano* enim, poſt [b] *quartum* annum imperii ſui, elato de victoria illa quæ adverſus *Scy-*

Μαρτύριον τῦ ἁγ.ὸ ἱερομάρτυρος Ἰγνατίυ τῦ θεοφόρυ.

α'. ΑΡτι Δια δεξαμένυ τ Ρωμαίων ἀρχὴν Τραϊανὸ, Ἰγνάτιος ὁ τῦ ἀποστόλυ Ἰωάννυ μαθητὴς, ἀνὴρ ἦν τοῖς πᾶσιν ἀποστολικὸς, ϗ ϗυβέρνα τ ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἐπιμελῶς, τὰς πάλαι χειμῶνας μόλις ὑποφαγὼν τ πολλῶν ὑπὸ Δομετιανῦ διωγμῶν, καθάπερ ϗυβερνήτης ἀγαθὸς τῷ οἴακι τ εὐσεβείας ϗ τ νηςείας, [ϗ] τῇ συνεχείᾳ τ διδασκαλίας, τῷ τόνῳ τῷ πνευματικῷ, πρὸς τ ζάλην τῶ ἀντικειμένην ἀντεῖχεν· δεδοικὼς, μή τινα τ ὀλιγοψύχων ἢ ἀκεραιοτέρων ἀποβάλῃ. Τοιγαρῦν ηὐφραίνετο μὲν ὑπὲρ τῷ τῆς ἐκκλησίας ἀσυλεύτῳ, λωφήσαντος πρὸς ὀλίγον ὑπ διωγμῦ· ἠχάλλεν ϗ καθ' ἑαυτὸν, ὡς μήπω τ ὄντως εἰς Χριςὸν ἀγάπης ἐφαψάμενος, μηδὲ τ τελείας ὑπ μαθητῦ πάξεως. Ἐνενόει γὰρ τὴν Δια μαρτυρίυ γινομένην ὁμολογίαν πλεῖον αὐτὸν προσοικειῶσαν τῷ κυρίῳ. Ὅθεν ἔπεσιν ὀλίγοις ἔτι ὑπολαμένων τῇ ἐκκλησίᾳ, ϗ λύχνου δίκην θείκελ τῶν ἑκάςυ φωτίζων Δάνοιαν Δια τῆς τ [θείων] γραφῶν ἐξηγήσεως, ἐπετύγχανεν τ κατ' εὐχήν.

β'. Τραϊανὸ γὰρ μετὰ ταῦτα ἐννάτῳ ἔτει τ αὐτῦ βασιλείας ἐπαρθέν[τος ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ

a Lege *adverſanti*. Ad verbum, *tempeſtati adverſanti ſe oppoſuit* ſive *reſtitit*. b Repone *nonum*.

κατὰ

κατὰ Σκυθῶν καὶ Δακῶν καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐθνῶν, καὶ νομίσαντος ἔτι λείπειν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν ὑποταγὴν τὸ τῶν Χριστιανῶν θεοσεβὲς σύστημα, καὶ εἰ μὴ τῶν δαιμόνων ἔλοιτο λατρείαν μετὰ πάντων ὑπεισέναι τὸν ἐθνῶν διωγμὸν ὑπομένειν ἀπειλήσαντος, [ὁ φόβος] πάντας τοὺς εὐσεβῶς ζῶντας ἢ θύειν ἢ τελευτᾶν κατηνάγκαζεν. Τότε πίνυν φοβηθεὶς ὑπὲρ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ὁ γενναῖος καὶ Χριστοῦ στρατιώτης, ἑκουσίως ἤγετο πρὸς Τραϊανὸν, διάγοντα μὲν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κατὰ τὴν Ἀντόχειαν, σπεύδοντα δὲ ἐπὶ Ἀρμενίαν καὶ Πάρθους. Ὡς οὖν κατὰ πρόσωπον ἔσχε Τραϊανὸς βασιλέως· τίς εἶ, κακοδαίμον, τοὺς ἡμετέρους σπεύδοντα διατάξεις ὑπερβαίνειν, μετὰ [1] τοῦ καὶ ἑτέρους ἀναπείθειν, ἵνα κακῶς ἀπόλωνται. Ἰγνάτιος εἶπεν· οὐδεὶς Θεοφόρον ἀποκαλεῖ κακοδαίμονα· ἀφεστήκασι γὰρ ἀπὸ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τὰ δαιμόνια. Εἰ οὖν ὅτι τούτοις ἐπικεῖμαι, [2] [καὶ] κακόν με πρὸς τοὺς δαίμονας ἀποκαλεῖς, συνομολογῶ· Χριστὸν γὰρ ἔχων ἐπουράνιον βασιλέα, τοὺς τούτων κατελύω δόλους. Τραϊανὸς εἶπεν· καὶ τίς ἐστιν Θεοφόρος; Ἰγνάτιος ἀπεκρίνατο· ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν στέρνοις. Τραϊανὸς εἶπεν· ἡμεῖς οὖν σοι δοκοῦμεν κατὰ νοῦν μὴ ἔχειν θεοὺς, οἷς καὶ χρώμεθα συμμάχοις πρὸς τοὺς πολεμίους; Ἰγνάτιος εἶπεν· τὰ δαιμόνια τῶν ἐθνῶν θεοὺς πεσουμογρεύεις πλανώμενος. Εἷς γάρ ἐστιν θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· καὶ εἷς Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ υἱὸς [3] τοῦ θεοῦ ὁ μονογενὴς, οὗ τῆς βασιλείας ἀναίμην.

thas & [a] *Thraces* & alteras multas & diverſas gentes; & exiſtimante adhuc deficere ipſi ad omnem ſubjectionem *Chriſtianorum* Deum venerantem congregationem, [b] niſi dæmoniacam cogeret culturam cum omnibus ſubintrare gentibus: perſecutionem comminans, omnes ipſos Dei cultores exiſtentes vel ſacrificare vel mori cogebat. Tunc igitur timens pro *Antiochenorum* Eccleſia virilis *Chriſti* miles, voluntarie ductus eſt ad *Trajanum*; agentem quidem ſecundum illud tempus apud *Antiochiam*, feſtinantem autem ad *Armeniam* & *Parthos*. Ut autem coram facie ſtetit Imperatoris *Trajani*, Trajanus dixit: *Quis* [c] *eſt cacodæmon, noſtras feſtinans præceptiones tranſcendere; cum & alteros perſuadere, ut perdantur male?* Ignatius dixit: *Nullus Theophorum vocat cacodæmonem: Receſſerunt enim longe à ſervis Dei dæmonia. Si autem quoniam iis gravis ſum, malum me adverſus dæmones vocas; confiteor. Chriſtum enim habens ſupercœleſtem Regem, diſſolvo horum inſidias.* Trajanus dixit: *Et quis eſt Theophorus?* Ignatius reſpondit: *Qui Chriſtum habet in pectore.* Trajanus dixit: *Nos igitur tibi videmur non habere ſecundum intellectum Deos, quibus utimur compugnatoribus adverſus adverſarios?* Ignatius dixit: *Dæmonia gentium Deos appellas errans. Unus enim eſt Deus, qui fecit cœlum & terram & mare & omnia quæ in ipſis: & unus Chriſtus Jeſus, filius ipſius unigenitus, cujus amicitia fruar.*

1 Τῶ. 2 Παρέλκει. 3 Αὐτῦ Vſi I. a Dacos. b Ut MS. c Lege ea.

Trajanus

Trajanus dixit: *Crucifixum dicis ſub Pontio Pilato?* Ignatius dixit: *Crucifigentem peccatum, cum ipſius inventore; & omnem condemnantem dæmoniacam malitiam ſub pedibus eorum qui ipſum in corde ferunt.* Trajanus dixit: *Tu igitur in teipſo Chriſtum circumfers?* Ignatius dixit: *Etiam. Scriptum eſt enim:* "[a] *Inhabitabo in ipſis, & inambulabo.* Trajanus ſententiavit: *Ignatium præcipimus, in ſeipſo dicentem circumferre Crucifixum, vinctum à militibus duci in magnam Romam; cibum beſtiarum, in ſpectaculum plebis, futurum.* Hanc audiens ſanctus martyr ſententiam, cum gaudio exclamavit: *Gratias ago tibi, Domine, quia me perfecta ad te charitate honorare dignatus es, cum Apoſtolo tuo Paulo vinculis collocari ferreis.* Hæc dicens, & cum gaudio circumponens vincula, oranſque prius pro Eccleſia, & hanc cum lachrymis commendans Domino; velut aries inſignis boni gregis dux, à beſtiali militari duritia raptus eſt, beſtiis cruda vorantibus ad *Romam* ad cibum adducendus.

III. Cum multa igitur promptitudine & gaudio, ex deſiderio paſſionis, deſcendens ab *Antiochia* in *Seleuciam*, [b] illinc habebat navigationem: & applicans poſt multum laborem *Smyrnæorum* civitati, cum multo gaudio deſcendens de navi feſtinabat ſanctum *Polycarpum* Epiſcopum coauditorem videre: fuerant enim

Τραϊανὸς εἶπεν· τὸ σταυρωθέντα λέγῃς ἐπὶ Πόντιε Πιλάτε; Ἰγνάτιος εἶπεν· τὸν ἀναστανρώσαντα τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν μετὰ τοῦ πάσης εὑρετοῦ, καὶ πᾶσαν καταδικάσαντα δαιμονικὴν πλάνην καὶ κακίαν ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν αὐτὸν ἐν καρδίᾳ φερόντων. Τραϊανὸς εἶπεν· σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ φέρεις [1] τὸν ἐσταυρωμένον; Ἰγνάτιος εἶπεν· ναί. Γέγραπται γάρ· ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. Τραϊανὸς ἀπεφήνατο· Ἰγνάτιον πεπεδῆσθαι, τὸν ἐν ἑαυτῷ λέγοντα πεφορῆσθαι τὸν ἐσταυρωμένον, δέσμιον ὑπὸ στρατιωτῶν γενόμενον ἀγεσθαι εἰς τὴν μεγάλην Ῥώμην, βρῶμα γενησόμενον θηρίων εἰς τέρψιν τοῦ δήμου. Ταύτης ὁ ἅγιος μάρτυς ἐπακούσας τὸ ἀποφάσεως, μετὰ χαρᾶς ἐβόησεν· εὐχαριστῶ σοι, δέσποτα, ὅτι με τελείᾳ τῇ πρὸς σε ἀγάπῃ τιμῆσαι κατηξίωσας, τῷ ἀποστόλῳ σου Παύλῳ δεσμοῖς συνδήσας σιδηροῖς. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ μετ' εὐφροσύνης πεπεδημένος τὰ δεσμὰ, ἐπευξάμενος πρότερον τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ταύτην παραθέμενος μετὰ δακρύων τῷ κυρίῳ, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος, ἀγέλης καλῆς ἡγούμενος, ὑπὸ θηριώδους στρατιωτικῆς δεινότητος συνηρπάζετο, θηρίοις ἀμοβόροις ὀφθῆναι τὴν Ῥώμην ἐπειχθησόμενος πρὸς βοράν.

γ'. Μετὰ πολλῆς τοίνυν προθυμίας καὶ χαρᾶς, ἐπιθυμίᾳ τοῦ πάθους, κατελθὼν ἀπὸ Αντιοχείας εἰς τὴν Σελευκείαν, ἐκεῖθεν ἔσχετο τοῦ πλοὸς· καὶ προσορμῶν μετὰ πολὺν κάματον τῇ Σμυρναίων πόλει, σὺν πολλῇ χαρᾷ καταβὰς τὸ νηὸς, ἔσπευδε τὸν ἅγιον Πολύκαρπον τὸν Σμυρναίων ἐπίσκοπον τὸν συνακροατὴν θεάσασθαι· ἐμνήσθησαν γὰρ πάλαι

μαθητοὶ

1 Χριστὸν. Ita enim legebant ambo Interpretes. a 2 Cor. VI. 16. b Illuc in codice Caienſi.

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [68] - 48
PUBLIC DOMAIN

μαθητῆ [τ̃ ἁγίε ἀποστόλε] Ἰωάννε παρ' ᾧ κατεχθεὶς, καὶ πνευματικῶν αὐτῷ κοινωνήσας χαρισμάτων, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἐγκαυχώμενος, παρεκάλει συναθλεῖν τῇ αὐτ̃ προθέσει, μάλιστα μὲν κοινῇ πᾶσιν ἐκκλησίαν· (ἐδεξιοῦντο γὰρ τ̃ ἅγιον διὰ τ̃ ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων & διακόνων αἱ τ̃ Ἀσίας πόλεις καὶ ἐκκλησίαι, πάντων ἐπειγομένων πρὸς αὐτὸν, εἴπως μέρος χαρίσματος λάβωσι πνευματικοῦ·) ἐξαιρέτως δὲ τ̃ ἅγιον Πολύκαρπον, ἵνα διὰ τ̃ θηρίων θᾶττον ἀφανὴς τῷ κόσμῳ γενόμενος, ἐμφανισθῇ τῷ προσώπῳ τ̃ Χριστ̃.

quondam discipuli *Joannis*. Apud quem adductus, & spiritualibus cum ipso communicans charismatibus, & vinculis glorians, deprecabatur concerrare ipsius proposito, maxime quidem communiter omnem Ecclesiam: (honorabant enim Sanctum, per Episcopos, Presbyteros & Diaconos, *Asiæ* civitates & Ecclesiæ; omnibus festinantibus ad ipsum, si quo aliquam partem charismatis accipiant spiritualis) præcipue autem sanctum *Polycarpum*; ut velocius, per bestias disparens mundo factus, appareat faciei *Christi*.

δ'. Καὶ τοῦτο ἕτως ἔλεγεν, καὶ ἕτως διεμαρτύρατο· τοσοῦτον ἐπεκλείνων τ̃ πρὸς Χριστὸν ἀγάπην, ὡς ἀρανὲ μέλλειν ἀπιλαμβάνεσθαι διὰ τ̃ καλῆς ὁμολογίας καὶ τ̃ τ̃ συναθλούντων ὑπὲρ τ̃ ἀθλήσεως σπουδῆς, ἀποδέχεσθαι δὲ τ̃ μισθὸν τ̃ ἐκκλησίας τ̃ ὑπαντησούσης αὐτῷ διὰ τῶν ἡγεμόνων, γράμμασιν εὐχαριστῶν ἐκπεμφθέντων πρὸς αὐτὰς, πνευματικὴν μεθ' εὐχῆς καὶ παραινέσεως ἀπαιτοῦντων χάριν. Τοιγαροῦν τὰς πάντας ὁρῶν εὐνοϊκῶς διακειμένας πρὸς αὐτὸν, φοβηθεὶς μή ποτε ἡ τ̃ ἀδελφότητος στοργὴ τ̃ πρὸς κύριον αὐτ̃ σπουδὴν ἐκκόψῃ, καλῆς ἀνεῳγθείσης αὐτῷ θύρας τ̃ μαρτυρίου, οἵα πρὸς τ̃ ἐκκλησίαν διεπέλλει Ρωμαίων, ὑποτέτακται.

IV. Et hoc sic dixit, sic testificatus est: tamen extendens eam, quæ circa Christum, charitatem, ut cœlum quidem apprehendere per bonam confessionem & per coorantium pro certamine studium, reddi autem mercedem Ecclesiis obviantibus *Christi*, per præcedentes literas gratias agens, appositas ad ipsas; spiritualem cum [a] orationibus & admonitionibus [b] amplexantes gratiam. Igitur omnes videns amicabiliter dispositos ad ipsum, timens ne forte fraternitatis dilectio ad Dominum ipsius festinationem abscindat, bona aperta ipsi porta martyrii; talia ad Ecclesiam mittit *Romanorum*, ut subordinata sunt.

[*Hic inserta est* S. Ignatii *Epistola ad* Romanos, *in epistolis* S. Ignatii *posita.*]

ε'. Καθαρίσας τοίνυν, ὡς ἠθέλετο, τὰς ἐν Ρώμῃ τ̃ ἀδελφῶν ἀκοὰς διὰ τ̃ ἐπιστολῆς, ἕτως ἀναχθεὶς ἀπὸ τ̃ Σμύρνης (καὶ ἐπείγετο γὰρ ὑπὸ τ̃ στρατιωτῶν ὁ Χριστοφόρος φθάσαι τὰς φιλοτιμίας ἐν τῇ μεγάλῃ

V. Perficiens igitur, ut volebat, eos qui in *Roma* fratrum absentes per epistolam, sic ductus à *Smyrna* (urgebatur enim à militibus Christophorus occupare honores in magna civita-

a *Oratione* MS. b Male, pro *instillantes*.

te; ut in conſpectu plebis *Romanorum* beſtiis feris projectus, corona juſtitiæ per tale certamen potiatur) attigit ad *Troadem*. Deinde illinc ductus ad *Neapolim*, per [a] *Philippenſes* pertranſivit *Macedoniam* pedes, & terram quæ ad *Epidamnium*. Cujus in juxta marinis nave potitus, navigavit *Adriacum* pelagus, & [b] illinc aſcendens [c] *Tyrrannicum*, & tranſiens inſulas & civitates; oſtenſis Sancto [d] *Pociolis*, ipſe quidem exire feſtinavit, ſecundum veſtigia ambulare volens Apoſtoli [e] *Pauli*. Ut autem incidens violentus non conceſſit ventus, nave à prora repulſa; beatificans illam, quæ in illo loco, fratrum charitatem, ſic tranſnavigavit. Igitur in una die & nocte eadem proſperis ventis utentes, NOS quidem nolentes abducimur, gementes de ea quæ à NOBIS futura ſeparatione: juſto autem fieri ipſi ſecundum votum accidit; feſtinanti citius recedere de mundo, ut attingat ad quem dilexit Dominum. Navigantes igitur in *Portum Romanorum*, debente finem habere mundi inani gloria, milites quidem pro tarditate offendebantur, Epiſcopus autem gaudens feſtinantibus obediebat.

VI. Illinc igitur expulſi à vocato *Portu* (diffamabantur enim jam quæ ſecundum ſanctum Martyrem) obviamus fratribus, timore & gaudio repletis, gaudentibus quidem in quibus dignificabantur, [f] eo quod "Theo-

ι Ρωμῃ, ἵνα ἐπ' ὄψεσι δ δήμε Ρωμαίων θηρσὶν ἀγρίοις ωδοδοθεὶς, δ στεφάνε τ ἀθλήσεως ἐπιτύχῃ·) πρόσεχε τῇ Τροάδι. Εἶτα ἐκεῖθεν καταχθεὶς ἐπὶ τ Νεάπολιν, διὰ Φιλίππων παρώδευεν Μακεδονίαν, ωδεὶ κ τ ἤπειρον τὴν ωρὸς Επίδαμνον, ἐν τοῖς ωδοθαλαττίοις νηὸς ἐπιτυχὼν, ἔπλε τὸ Αδριατικὸν πέλαγος, κἀκεῖθεν ἐπιβὰς δ Τυρρηνικε, κ ωδαμείβων νήσες τε κ πόλεις, ὑποδειχθέντων τῷ ἁγίῳ Ποτιόλων, αὐτὸς μὴ ἐξελθεῖν ἔσπευδεν, κατ' ἴχνος βαδίζειν ἐθέλων δ ἀποσόλε Παύλε. Ως δὲ ἐπιπεσὼν βίαιον πνεῦμα ἀ συνεχώρει, τ νηὸς ἐκ πρύμνης ἐπεισομένης, μακαρίσας τ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τ ἀδελφῶν ἀγάπην, ἔτω παρέπλε. Τοιγαρῦν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ κ νυκτὶ τῇ αὐτῇ ἐρίοις ἀνέμοις ωρσχρησάμενοι, ἡμεῖς μὴ ἄκοντες ἀπηγόμεθα, ἐνοῦντες ἐπὶ τῷ ἀφ' ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ δ δικαίᾳ γίνεσθαι. Τῷ δὲ κατ' εὐχὴν ἀπέβαινεν σπεύδοντι θᾶττον ἀναχωρῆσαι δ κόσμε, ἵνα φθάσῃ πρὸς ὃν ἠγάπησεν κύριον. Καταπλεύσας γᾶν εἰς τὰς λιμένας Ρωμαίων, μελλόσης λήγειν τ ἀκαθάρτε φιλοτιμίας, οἱ μὲν στρατιῶται ὑπὲρ τ βραδύτητος ἤχαλλον, ὁ δὲ ἐπίσκοπ ἐπὶ χαίρων κατεπείγουσιν ὑπήκουσεν.

ς'. Ἐκεῖθεν γᾶν ἐώθησεν ἀπὸ τὰ καλυμένα Πόρτα· διεπεφήμιστο γὰρ ἤδη τὰ κατὰ τὸν ἅγιον μάρτυρα· σὺν ᾧπερ μὲν τοῖς ἀδελφοῖς φόβῳ κ χαρᾷ πεπληρωμένοις, χαίρουσιν μὲν ἐφ' οἷς ἠξιώντο τ τε Θεο-

ι illuc legebat V.I. a Philippos tranſivit. b *Illuc* MS. c Tyrrhenicum. d Puteolis. e Act. XXVIII. 13. f Hæc duo vocabula redundare videntur. Ita tamen in Cod. MS. extare reperi. Diſtingue igitur hac punctatione, *eo, quod Theophori* [nempe *erat*] *conſortio*.

φόρε

φόρᾳ συντυχίας· φοβερμένοις δὲ διότι περ ἐπὶ θανάτου τοιούτου ἤγετο. Τισὶ δὲ καὶ παρήγγειλεν [1] ἡσυχάζειν, ζέουσι καὶ λέγουσι καταπαύειν τὸν δῆμον μὴ ἐπιζητεῖν ἀπολέσθαι τὸν δίκαιον, [2] ὃς εὐθὺς γνοὺς τῷ πνεύματι, καὶ πάντας ἀσπασάμενος, αἰτήσας τε παρ' αὐτῶν τὴν ἀληθινὴν ἀγάπην, πλείονά τε τῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ διαλεχθεὶς, καὶ πείσας μὴ φθονῆσαι τῷ σπεύδοντι πρὸς τὸν κύριον, οὕτω μετὰ γονυκλισίας πάντων τῶν ἀδελφῶν, προσκαλέσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν, ὑπὲρ τοῦ διωγμοῦ καταπαύσεως, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀλλήλους ἀγάπης, ἀπήχθη μετὰ σπουδῆς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον. Εἶτα εὐθὺς ἐμβληθεὶς κατὰ τὸ πάλαι πρόσταγμα τοῦ Καίσαρος, μελλόντων καταπαύειν τὰ φιλοτιμίαν· ἦν γὰρ ἐπιφανὴς, ὡς ἐδόκει, ἡ λεγομένη τῇ Ρωμαϊκῇ φωνῇ τρισκαιδεκάτη, καθ' ἣν σπουδαίως [3] συνήεσαν· ἵνα θηρίοις πρὸς τῷ ναῷ παρεβάλλετο, ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰγνατίου πληρωθῇ τὴν ἐπιθυμίαν· κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπιθυμία δικαίου δεκτή· ἵνα μηδενὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπαχθὴς διὰ τὴν συλλογὴν [4] τῶν λειψάνων γένηται, καθὼς ἔθαρσεν ἐν τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἰδίαν ἐπεθύμει γενέσθαι τελείωσιν. Μόνα γὰρ τὰ τραχύτερα τῶν ἁγίων αὐτοῦ λειψάνων περιελείφθη, ἅτινα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἀπεκομίσθη, καὶ ἐν λίνῳ κατετέθη, [5] θησαυρὸς ἀτίμητος ὑπὸ τὸν ἐν τῷ μάρτυρι χάριτος τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ καταλειφθέντα.

phori consortio; timentibus autem, quod ad mortem talis ducebatur. Quibusdam autem & annunciavit silere, ferventibus & dicentibus quietare plebem ad non expetere perdere justum. Quos confestim spiritu cognoscens, & omnes salutans, petensque ab ipsis veram charitatem, pluraque iis quæ in Epistola disputans, & suadens non invidere festinanti ad Dominum, sic[que] (cum genuflexione omnium fratrum, deprecans filium Dei pro Ecclesiis, pro persecutionis quietatione, pro fratrum adinvicem charitate) subductus est cum festinatione in Amphitheatrum. Deinde confestim projectus, secundum quondam præceptum *Cæsaris*, debentibus quiescere gloriationibus, (erat enim solennis, ut putabant, dicta Romana voce [a] *tertiadecima*; secundum quam studiose convenerunt:) sic bestiis crudelibus ab impiis apponebatur, ut confestim sancti martyris *Ignatii* compleretur desiderium (secundum quod scriptum est: [b] *Desiderium justi acceptabile*) ut sit nulli fratrum gravis per collectionem reliquiarum; secundum quod, præoccupans in Epistola, propriam concupiscit fieri fruitionem. Sola enim asperiora sanctorum ossium derelicta sunt: quæ in *Antiochiam* reportata sunt, & in capsa reposita, sicut thesaurus inappreciabilis; ab ea quæ in Martyris gratia sanctæ Ecclesiæ relicta.

1 Ἡσυχάζειν. 2 Legebat v. g. ὅς. 3 Συήεσαν. 4 Τῶν λειψάνων. 5 Πρ Θησ. V. 1. a Kalendas Januarias, uti mox sequitur. b Prov. X. 24.

VII. Facta autem ſunt hæc die ante XIII. Kalendas Januarias; præſidentibus apud Romanos [a] *Syria* & *Senecio* ſecundò. Horum IPSIMET conſpectores effecti cum lacrimis, & domi per totam noctem vigilantes, & multum cum genuflexione & oratione deprecantes Dominum certificare infirmos nos de prius factis: parum obdormitantes, hi quidem repente aſtantem & amplexantem nos videbant; hi autem rurſus ſuperorantem nobis videbant [b] beatum *Ignatium*, quemadmodum ex labore multo advenientem, & aſtantem Domino [in multa confidentia & ineffabili gloria.] Impleti autem gaudio hæc videntes, & glorificantes Deum datorem bonorum, & beatificantes Sanctum, manifeſtavimus vobis diem & tempus: ut ſecundum tempus martyrii congregati, communicemus athletæ & virili *Chriſti* Martyri, *qui conculcavit* Diabolum & hujus inſidias *in finem proſtravit*; glorificantes in ipſius venerabili & ſancta memoria Dominum noſtrum *Jeſum Chriſtum*; per quem & cum quo Patri gloria & potentia cum Spiritu ſancto in ſancta Eccleſia in ſecula ſeculorum. *Amen.*

ζ'. Ἐγένετο δὲ τοῦτο τῇ πρὸ δεκατριῶν Καλανδῶν Ἰανναρίων, τετάρτῃ Δεκεμβρίου εἰκάδι, ὑπατευόντων τῷ τε Ῥωμαίοις Σύρᾳ καὶ Σενεκίῳ τὸ δεύτερον. Τούτων αὐτόπται γενόμενοι μετὰ δακρύων, καὶ οἴκου τε παννυχίσαντες, καὶ πολλὰ μετὰ γονυκλισίας καὶ δεήσεως παρακαλέσαντες τὸν κύριον πληροφορῆσαι τοὺς ἀσθενεῖς ἡμᾶς ὑπὲρ τῶν πρεσγεγονότων, μικρὸν ἀφυπνώσαντες, οἱ μὲν ἐξαίφνης ἐπιστάντα καὶ περιπυστόμενον ἡμᾶς ἐθλέπομεν, οἱ δὲ πάλιν ἐπευχόμενον ἡμῖν ἐωρῶμεν τὸν μακάριον Ἰγνάτιον, ἄλλοι δὲ σπεζόμενον ὑφ' ἱδρῶτος ὡς ἐκ καμάτου πολλοῦ προσγενόμενον, καὶ πιστεύοντα τῷ κυρίῳ. Μετὰ πολλῆς τοίνυν χαρᾶς ταῦτα ἰδόντες [καὶ συμβαλόντες τὰς ὄψεις τῶν ὀνειράτων,] ὑμνήσαντες τὸν θεὸν τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν, καὶ μακαρίσαντες τὸν ἅγιον, ἐφανερώσαμεν ὑμῖν καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν χρόνον· ἵνα, κατὰ τὸν καιρὸν ἐν μαρτυρίῳ συναγόμενοι, κοινωνῶμεν τῷ ἀθλητῇ καὶ γενναίῳ μάρτυρι Χριστοῦ, καταπατήσαντι τὸν διάβολον, [καὶ τὰς τοῦ φιλοχρίστου αὐτοῦ ἐπιθυμίας τελειώσαντι δρόμον εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν,] δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς αἰῶνας. Ἀμήν.

a *Sura.* b *Sanctum* MS.

VETE-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [72] - 52
PUBLIC DOMAIN

VETERUM TESTIMONIA DE EPISTOLA S. POLYCARPI.

Irenæus adv. hæreſes lib. III. cap. 3. Græce apud Euſebium lib. IV. c. 14.

Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη· ἐξ ἧς καὶ ἡ χαρακτὴρ τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας δύνανται μαθεῖν. Addit Euſebius, Ὁ μὲν τοι Πολύκαρπος, ἐν τῇ δηλωθείσῃ πρὸς Φιλιππησίους αὐτοῦ γραφῇ, φερομένῃ εἰς δεῦρο, κέχρηταί τισι μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Πέτρου προτέρας ἐπιστολῆς.

Euſebius H. E. lib. III. cap. 36.

Καὶ ὁ Πολύκαρπος δὲ τούτων αὐτῶν ἐν τῇ φερομένῃ αὐτοῦ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ. — nempe hac in epiſtola S. Polycarpus epiſtolarum S. Ignatii meminit.

Hieronymus in Catalogo:

Polycarpus Joannis Apoſtoli diſcipulus, & ab eo Smyrnæ Epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ princeps fuit. &c. Scripſit ad Philippenſes valde utilem Epiſtolam, quæ uſque hodie in Aſiæ conventu legitur.

Photius in Bibliothecæ cod. CXXVI.

Ἀνεγνώσθη καὶ Πολυκάρπου ἐπιστολὴ πρὸς Φιλιππησίους, γέμουσα πολλῆς εὐθησίας μετὰ σαφηνείας καὶ ἁπλότητος, ἔτι δὲ ἐκκλησιαστικὸν τὸ ἑρμηνείας τύπον. λέγει δὲ καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ αὐτοῦτινα ἀναγνῶναι παρ' αὐτῶν, εἴ τι περὶ ἐκείνων ἀξιοῦσιν.

TOT

ΤΟΥ

ΑΓΙΟΥ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ,

Επισκόπου Σμύρνης καὶ ἱερομάρτυρος, πρὸς Φιλιππησίους Επιστολή.

SANCTI POLYCARPI

Martyris, Smyrnæorum Episcopi, Discipuli S. Joannis Evangelistæ, ad Philippenses Epistola.

Polycarpus & qui cum eo sunt Presbyteri Ecclesiæ Dei quæ est Philippis: Misericordia vobis & pax à Deo omnipotente & Jesu Christo salvatore nostro abundet.

Πολύκαρπος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ Φιλίππους· ἔλεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἀπὸ θεοῦ παντοκράτορος καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν.

I. COngratulatus sum vobis magnifice, in Domino nostro Jesu Christo, susciptens imitabilia verba dilectionis quam [a] ostenditis in illis (qui præmissi sunt) viris sanctis, decorosis vinculis connexis, quæ sunt coronæ electæ Deo, illius veri regni, per Dominum nostrum Jesum Christum. Et quia firmitas fidei vestræ à principio usque nunc permanet, & fructificat in Domino Jesu Christo, qui sustinuit pro peccatis nostris usque ad mortem [b]: [c] *quem resuscitavit Deus, dissolvens dolo-*

α'. Συνεχάρην ὑμῖν μεγάλως, ἐν κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, δεξαμένοις τὸ μιμήματα τῆς ἀληθοῦς ἀγάπης, καὶ προπέμψασιν, ὡς ἐπέβαλεν ὑμῖν, τοὺς ἐνειλημένους τοῖς ἁγιοπρεπέσι δεσμοῖς, ἅτινά ἐστι διαδήματα τῶν ἀληθῶς ὑπὸ θεοῦ, καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐκλελεγμένων. Καὶ ὅτι ἡ βεβαία τῆς πίστεως ὑμῶν ῥίζα, ἐξ ἀρχαίων καταγγελλομένη χρόνων, μέχρι νῦν διαμένει, καὶ καρποφορεῖ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ὃς ὑπέμεινεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἕως θανάτου καταντῆσαι· ὃν ἤγειρεν ὁ θεὸς λύσας τὰς ὠδῖνας

a L. ostendistis. b Adde, pervenire. c Act. II. 24.

τοῦ

τῦ ἁἁδ. Εἰς ὃν ὄκ ἰδόντες πιστεύετε, πιστεύοντες δὲ ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ· εἰς ἣν πολλοὶ ἐπιθυμοῦσιν εἰσελθεῖν, εἰδότες ὅτι χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, ὄκ ἐξ ἔργων, ἀλλὰ θελήματι θεῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

β'. Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας δουλεύσατε τῷ θεῷ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ, ἀπολιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην, πιστεύσαντες εἰς τὸν ἐγείραντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόντα αὐτῷ δόξαν καὶ θρόνον ἐκ δεξιῶν αὐτῦ· ᾧ ὑπετάγη τὰ πάντα ἐπουράνια καὶ ἐπίγεια· ᾧ πᾶσα πνοὴ [1] λατρεύει· ὃς ἔρχεται κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν· οὗ τὸ αἷμα ἐκζητήσει ὁ θεὸς ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων αὐτῷ. ὁ δὲ ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ, ἐὰν ποιῶμεν αὐτῦ τὸ θέλημα, καὶ πορεύωμεθα ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτῦ, καὶ ἀγαπῶμεν ἃ ἠγάπησεν· ἀπεχόμενοι πάσης ἀδικίας, πλεονεξίας, φιλαργυρίας, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας· μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, ἢ ῥόπον ἀντὶ ῥόπου, ἢ κατάραν ἀντὶ κατάρας. [2] Μνημονεύοντες δὲ ὧν εἶπεν ὁ Κύριος διδάσκων· Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· ἀφίετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· ἐλεεῖτε, ἵνα ἐλεηθῆτε· [3] ἐν τῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν· καὶ πάλιν· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ καὶ οἱ διωκόμενοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῦ θεῦ.

res inferni. [a] *Quem quum non videritis, nunc diligitis; in quem nunc non aspicientes, creditis: credentes autem gaudebitis gaudio inenarrabili & glorificato: in quod multi desiderant introire,* scientes quia *gratia* [b] *salvi facti estis, non ex operibus,* sed in voluntate Dei, per Jesum Christum.

II. [c] *Propter quod succincti lumbos vestros servite* [d] *Deo cum timore* & in veritate: dimisso inani vaniloquio & multo errore. [e] *Credite* ergo *in illum qui resuscitavit Dominum nostrum Jesum Christum ex mortuis,* & dedit ei gloriam & sedem in dextera sua; cui subjecta sunt omnia cœlestia, & terrestria, & subterranea; cui omnis spiritus servit; qui venturus est judicare vivos & mortuos; cujus sanguinem requiret Deus ab eis qui non crediderunt in eum: qui & resuscitavit eum à mortuis; qui & nos resuscitaturus est *in* [f] *vita, si fecerimus voluntatem ejus,* & ambulaverimus in mandatis ipsius, & dilexerimus quæ ipse dilexit; abstinentes nos ab omni injustitia, [g] [hoc est] à concupiscentia, ab avaritia, à detractione, à falso testimonio; [h] *non reddentes malum pro malo, aut injuriam pro injuria,* aut contumeliam pro contumelia, aut maledictum pro maledicto. [i] Mementote quod Dominus docens dixit: [k] *Nolite judicare, ne judicemini; dimittite, & dimittetur vobis*; miseremini, & Dominus miserebitur vestri: [l] *qua*

1 Al. λατρεύσει. 2 Μνημονεύοντες. 3 Dele ἐν. a 1 Pet. I. 8. b Ephes. II. 8. c 1 Pet. I. 13. d Psal. II. 11. e 1 Pet. I. 21. f Forte *ad vitam.* g Τὸ *hoc est* omnino superfluum & delendum. h 1 Pet. III. 9. i Μνημονεύετε k Luc. VI. 37, 38. Matt. VII. 1, 2. l Mat. V. 3. 10.

enim

enim mensura mensi fueritis, remetietur eadem vobis. Et quod dictum est: *Beati pauperes spiritu, & qui persecutionem patiuntur propter justitiam; quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*

III. Hæc autem, fratres mei, non à meipso imperans scribo vobis de justitia; sed quoniam vos provocastis. Propter quod neque ego, neque similis alius mei poterit sequi sapientiam beati & glorioſi Pauli: qui fuit apud vos, & visus est secundum faciem illis, qui tunc erant, hominibus; qui docuit certissime atque firmissime verbum veritatis; qui & absens scripsit vobis Epistolas, ad quas deflectamini, ut possitis ædificari in fide quæ data est vobis, quæ est mater omnium vestrum, subsequente spe, præcedente dilectione, quæ est in Deo, & in Christo, & in proximo. Si enim quis horum intrinsecus repletus fuerit mandatis justitiæ, & habuerit dilectionem; longe est ab omni peccato.

IV. Principium [a] autem omnium malorum est avaritia. Scitote ergo, *quia nihil intulimus in hunc mundum, neque auferre possumus.* Armemur armis justitiæ: & doceamus nosmet ipsos primum ambulare in mandatis Domini, & post hoc etiam mulieres vestras in fide quæ data est eis & dilectione & castitate (amantes suos viros in omni veritate [b] & charitate", diligentes omnes æqualiter in omni continentia) & filios erudire in disciplina & timore Dei. Viduæ vero pudicæ circa fidem Dei interpellent incessanter pro

ᾧ μέτρῳ [1] μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Καὶ, ὅτι μακάριοι οἱ πτωχοὶ, καὶ οἱ διωκόμενοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασίλεια τοῦ θεοῦ.

γ'. Ταῦτα, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐμαυτῷ ἐπιτρέψας γράφω ὑμῖν περὶ τῆς δικαιοσύνης· ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς προεπεκαλέσασθέ με. Οὔτε γὰρ ἐγὼ, οὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολουθῆσαι τῇ σοφίᾳ τοῦ μακαρίου καὶ ἐνδόξου Παύλου· ὃς γενόμενος ἐν ὑμῖν κατὰ πρόσωπον τῶν τότε ἀνθρώπων, ἐδίδαξεν ἀκριβῶς καὶ βεβαίως τὸν περὶ ἀληθείας λόγον· ὃς καὶ ἀπὼν ὑμῖν ἔγραψεν ἐπιστολὰς, εἰς ἃς ἐὰν ἐγκύπτητε, δυνηθήσεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὸν δοθέντα ὑμῖν πίστιν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων [2] ὑμῶν, ἐπακολουθούσης τὴν ἐλπίδος, προαγούσης τὴν ἀγάπης, τὴν εἰς θεὸν καὶ Χριστὸν καὶ εἰς τὸν πλησίον. Ἐὰν γάρ τις τούτων ἐντὸς ᾖ, πεπλήρωκεν ἐντολὴν δικαιοσύνης· ὁ γὰρ ἔχων ἀγάπην, μακρὰν ἐστὶ πάσης ἁμαρτίας.

δ'. Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν φιλαργυρία. Εἰδότες οὖν ὅτι οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον; ἀλλ' οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι ἔχομεν, ὁπλισώμεθα τοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης, καὶ διδάξωμεν ἑαυτοὺς πρῶτον, πορεύεσθαι ἐν τῇ ἐντολῇ τοῦ κυρίου, ἔπειτα καὶ τὰς γυναῖκας ἐν ὑμῶν τῇ δοθείσῃ αὐτοῖς πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγνείᾳ (στέργουσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ, καὶ ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ) καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ. Τὰς χήρας σωφρονούσας περὶ τὴν τοῦ κυρίου πίστιν, ἐντυγχανούσας ἀδιαλείπτως περὶ

[1] Μετρῖτε. [2] F. ἡμῶν. [a] 1 Tim. VI. 7. [b] Redundare videtur.

πάντων,

πάντων, μακρὰν ὄσας πάσης διαβολῆς, καταλαλιᾶς, ψιθυρισμαρυρίας, φιλαργυρίας, καὶ παντὸς κακοῦ· γινωσκόντας ὅτι εἰσὶ [1] θυσιαστήρια θεοῦ· καὶ ὅτι πάντα [2] ἡμῶν σκοπεῖται, καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδέν, οὔτε λογισμῶν, οὔτε ἐννοιῶν, οὔτέ τι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.

ε'. Εἰδότες οὖν, ὅτι θεὸς ὁ μυκτηρίζεται, ὀφείλομεν ἀξίως τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ καὶ δόξης πολιτεύεσθαι. Ὁμοίως διάκονοι ἄμεμπτοι κατενώπιον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης, ὡς θεοῦ [3] ἐν Χριστῷ διάκονοι, καὶ οὐκ ἀνθρώπων· μὴ διάβολοι, μὴ [4] δίγλωσσοι, ἀφιλάργυροι, ἐγκρατεῖς περὶ πάντα, εὔσπλαγχνοι, ἐπιμελεῖς, πορευόμενοι κατὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ κυρίου, ὃς [5] ἐγένετο διάκονος πάντων· ᾧ ἐὰν εὐαρεστήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἀπολήψόμεθα καὶ τὸν μέλλοντα, καθὼς ὑπέσχετο ἡμῖν ἐγεῖραι ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν· καὶ ὅτι ἐὰν πολιτευσώμεθα ἀξίως αὐτοῦ, καὶ συμβασιλεύσωμεν αὐτῷ, εἴγε πιστεύομεν. Ὁμοίως [6] νεώτεροι ἄμεμπτοι ἐν πᾶσι, περὶ παντὸς προνοοῦντες ἁγνείας, καὶ χαλιναγωγοῦντες ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς κακοῦ. Καλὸν γὰρ τὸ ἀνακόπτεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐν τῷ κόσμῳ· ὅτι πᾶσα ἐπιθυμία κατὰ τοῦ πνεύματος στρατεύεται· καὶ οὔτε πόρνοι, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται βασιλείαν θεοῦ κληρονομήσουσιν, οὔτε οἱ ποιοῦντες τὰ ἄτοπα. Διὸ δέον ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων, ὑποτασσομένους τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, ὡς θεῷ καὶ Χριστῷ. Τὰς παρθένους ἐν ἀμώμῳ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει περιπατεῖν.

omnibus; elongantes se ab omnibus diabolicis detractionibus, & falso testimonio, & ab omni malo: cognoscentes seipsas, quia sunt sacrarium Dei. Quoniam omnia Deus prospicit, & nihil eum latet; neque cogitatio, neque conscientia, neque aliquod abditum cordis.

V. Scientes ergo quia [a] *Deus non deridetur*; debemus digne in mandatis ejus & gloria ambulare. Similiter Diaconi inculpabiles sint in conspectu justitiæ ejus, sicut Dei & Christi ministri, & non hominum: non criminatores, neque detractores, neque avari; sed omnia tolerantes in omnibus, misericordes, diligentes in omnibus, ambulantes in veritate Domini, qui factus est minister omnium: [b] cui si complaceamus in hoc seculo, percipiemus ea quæ futura sunt, secundum quod repromisit resuscitare nos à mortuis: & si digne eo conversati fuerimus, & si crediderimus, *conregnabimus cum eo. Juvenes similiter* inculpabiles sint in omnibus: omnem ignorantiam [c] prævidentes, refrenantes se ab omni malo. Bonum est enim abscidi ab omnibus concupiscentiis mundi: quoniam omnis concupiscentia [d] *adversus spiritum militat.* Quia [e] *neque fornicarii, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt*, neque illicita facientes. Propter quod abstineri oportet ab omnibus his. Subjecti estote Presbyteris & Diaconis, sicut Deo & Christo. Virgines, immaculata & casta conscientia ambulate.

1 Al. θυσιαστήριον. 2 Al. μυκτηρίζεται. 3 Legebat I. καὶ Χριστοῦ. 4 Al. δίλογοι. 5 Ἐγένετο. a Gal. VI. 7. b Al. huic si placemus. c Al. providentes. d 1 Pet. II. 11. e 1 Cor. VI. 9, 10.

VI. Presbyteri simplices sint, in omnibus misericordes, omnes ab errore convertentes, omnes infirmos visitantes; viduas & pupillos & pauperes non negligentes: sed semper [a] *providentes bona* coram Deo & hominibus. Abstinete vos ab omni iracundia, à judicio injusto: longe ab omni avaritia estote. Non cito consentiatis adversus aliquem, ne prævaricemini in judicio: scientes, quia debitores sumus peccati. Si ergo deprecamur Dominum, ut nobis dimittat; debemus etiam nos dimittere. Ante conspectum enim oculorum Domini sumus; & [b] *omnes oportet astare ante tribunal Christi*, & unumquemque pro se rationem reddere. Sic ergo serviamus ei cum timore, & omni reverentia; secundum quod evangelizaverunt nobis Apostoli Domini, & Prophetæ annunciaverunt adventum Domini nostri Jesu Christi: zelantes bona; abstinentes vos à scandalis, & falsis fratribus, & qui [c] *in hypocrisim* portant nomen Domini, qui aberrare faciunt inanes homines.

VII. Omnis enim [d] *qui non confitetur Jesum Christum in carne venisse*, hic *Antichristus* est; & qui non confitetur martyrium crucis, ex diabolo est: & qui deviaverit eloquia Domini ad propria desideria, & dixerit neque resurrectionem, neque judicium esse, hic primogenitus est Satanæ. Propter quod relinquentes vanitatem multorum, & falsas doctrinas, ad illud quod traditum est

ς'. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι δὲ εὔσπλαγχνοι, εἰς πάντας ἐλεήμονες, ἐπιστρέφοντες [1] τὰ ἀποπεπλανημένα, ἐπισκεπτόμενοι πάντας ἀσθενεῖς, μὴ ἀμελοῦντες χήρας, ἢ ὀρφανοῦ, ἢ πένητος· ἀλλὰ προνοοῦντες ἀεὶ τοῦ καλοῦ ἐνώπιον θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀπεχόμενοι πάσης ὀργῆς, προσωποληψίας, κρίσεως ἀδίκου· μακρὰν ὄντες πάσης φιλαργυρίας· μὴ ταχέως πιστεύοντες κατά τινος· μὴ ἀπότομοι ἐν κρίσει· εἰδότες ὅτι πάντες ὀφειλέται ἐσμὲν ἁμαρτίας. Εἰ οὖν δεόμεθα τοῦ κυρίου, ἵνα ἡμῖν ἀφῇ, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς ἀφιέναι. Ἀπέναντι γὰρ τῶν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἐσμεν ὀφθαλμῶν, καὶ πάντας δεῖ παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕκαστον ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον δοῦναι. Οὕτως οὖν δουλεύσωμεν αὐτῷ μετὰ φόβου, καὶ πάσης εὐλαβείας, καθὼς αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ οἱ εὐαγγελισάμενοι [2] ἡμᾶς ἀπόστολοι, καὶ οἱ προφῆται οἱ κηρύξαντες τὴν ἔλευσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν· ζηλωταὶ περὶ τὸ καλὸν, ἀπεχόμενοι τῶν σκανδάλων καὶ τῶν ψευδαδέλφων, καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει φερόντων τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, οἵτινες ἀποπλανῶσι κενοὺς ἀνθρώπους.

ζ'. Πᾶς γὰρ, ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀντίχριστός ἐστι· καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί· καὶ ὃς ἂν μεταδεύῃ τὰ λόγια τοῦ κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, καὶ λέγῃ μήτε ἀνάστασιν, μήτε κρίσιν εἶναι, οὗτος πρωτότοκός ἐστι τοῦ Σατανᾶ. Διὸ [3] ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν, καὶ τὰς ψευδοδιδασκαλίας, ἐπὶ τὸν

1 Τὰς ἀποπεπλανημένας Junius. 2 Ἡμῖν. 3 Ἀπολείποντες. a Rom. XII. 17. b Mat. VI. 12. Rom. XIV. 10. 2 Cor. V. 10. c Potius *in hypocrisi*. d 1 Joh. IV. 3.

ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν ὡμολογήσαμεν λόγον ἐπιστρέψωμεν, νήφοντες πρὸς τὰς εὐχὰς, καὶ προσκαρτεροῦντες νηστείαις· δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην θεὸν, μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, καθὼς εἶπεν ὁ κύριος· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

nobis à principio verbum revertamur. [a] Sobrii simus in orationibus, & jejunia tolerantes; supplicationibus petentes omnium perspectorem Dominum, [b] *ne nos inducat in tentationem*: secundum quod dixit Dominus; [c] *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.*

η'. Ἀδιαλείπτως οὖν προσκαρτεροῦμεν τῇ ἐλπίδι ἡμῶν, καὶ τῷ ἀῤῥαβῶνι τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, ὅς ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς· ὃς ἀνήνεγκεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας τῷ ἰδίῳ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον· ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, πάντα ὑπέμεινε. Μιμηταὶ οὖν γενώμεθα τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ· καὶ ἐὰν πάσχωμεν διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δοξάζωμεν αὐτόν. τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε δι' ἑαυτοῦ· καὶ ἡμεῖς τοῦτο ὑπεδύσαμεν.

VIII. Indeficienter ergo toleremus propter spem nostram & pignus justitiæ, quod est Jesus Christus: [d] *qui sustulit peccata nostra in corpore suo super lignum: qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*; [e] sed propter nos omnia sustinuit, ut vivamus in ipso. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ ejus; & si passi fuerimus pro nomine ejus, glorificemus eum. hoc enim nobis indicium posuit [f] de seipso; & nos hoc credidimus.

θ'. [2] Παρακαλῶ οὖν πάντας ὑμᾶς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἀσκεῖν πᾶσαν ὑπομονὴν, ἣν εἴδετε κατ' ὀφθαλμοὺς, οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ, καὶ Ζωσίμῳ & Ῥούφῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν, καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ, & τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις· [4] πεπεισμένους ὅτι ὅτοι πάντες οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὅτι εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς [5] τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον. οὐ γὰρ τὸν νῦν ἠγάπησαν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα, καὶ δι' ἡμᾶς [6] ὑπὸ & θεοῦ [7] ἀναστάντα.

IX. Rogo igitur vos omnes insistere verbo justitiæ & patientiæ, quam & oculata fide vidistis, non solum in beatissimis illis Ignatio & [g] Zosimo & Rufo; sed & in aliis qui ex vobis sunt, & in ipso Paulo, & ceteris Apostolis: confidentes quia hi omnes non in vacuo cucurrerunt, sed in fide & justitia; & ad debitum sibi locum [h] à Domino, cui & compassi sunt, abierunt. quia non hoc seculum dilexerunt; sed eum qui pro ipsis & pro nobis mortuus est, & à Deo resuscitatus.

1 Al. δοξάζωμεν. 2 *Producuntur ipsa ab* Eusebio, *lib.* III. *hist. Ecclesiast. cap.* xv'. 3 MS. ἣν καὶ εἴδετε. Euseb. ἣν εἴδετε. 4 Al. πεπεισμένοι 5 Adde πορευόμενοι, ut V. I. legebat. 6 Hæc posteriora verba ex Eusebio & Nicephoro supplevit Usserius. 7 Ἀνασταθέντα. a 1 Pet. IV. 7. b Mat. VI. 13. c Mat. XXVI. 41. d 1 Pet. II. 24. e 1 Pet. II. 22. f Per seipsum. g V. Martyrolog. Romanum ad XVIII. Dec. h Al. *cum Dom.*

X. [a] In his ergo ſtate, & Domini exemplar ſequimini; firmi in fide & immutabiles, fraternitatis amatores, diligentes invicem, in veritate ſociati, manſuetudinem alterutri [b] præſtantes, nullum deſpicientes. Quum poteſtis benefacere, nolite differre: quia [c] *eleemoſyna de morte liberat.* Omnes vobis invicem ſubjecti eſtote; [d] *converſationem veſtram irreprehenſibilem* [e] *habentes in gentibus*: ut ex bonis operibus veſtris & vos laudem accipiatis, & Dominus in vobis non blaſphemetur. Væ autem illi, per quem nomen Domini blaſphematur. Sobrietatem ergo docete omnes: in qua & vos converſamini.

XI. Nimis contriſtatus ſum pro *Valente*, qui Presbyter factus eſt aliquando apud vos: quod ſic ignoret is locum, qui datus eſt ei. Moneo itaque vos ut abſtineatis ab avaritia, & ſitis caſti, & veraces. Abſtinete vos ab omni malo. Qui autem in his non poteſt ſe gubernare, quo modo [f] alii pronunciat hoc? Si quis non abſtinuerit ſe ab avaritia, ab idololatria coinquinabitur; & tanquam inter gentes judicabitur. Qui autem ignorant judicium Domini? [g] *An neſcimus, quia ſancti mundum judicabunt*? ſicut *Paulus* docet. Ego autem nihil tale ſenſi in vobis, vel audivi, in quibus laboravit beatus [h] *Paulus*; qui eſtis in principio Epiſtolæ ejus. De vobis etenim gloriatur in omnibus Eccleſiis, quæ Deum ſolæ tunc cognoverant: nos autem nondum noveramus. Valde ergo, fratres, contriſtor pro illo & pro conjuge ejus: quibus det Dominus pœnitentiam veram. Sobrii ergo eſtote & vos in hoc; & non ſicut inimicos tales exiſtimetis, ſed ſicut paſſibilia membra & errantia eos revocate; ut omnium veſtrum corpus ſalvetis. Hoc enim agentes, vos ipſos ædificatis.

XII. Confido enim vos bene exercitatos eſſe in ſacris literis, & nihil vos latet; mihi autem non eſt conceſſum modo. Ut his ſcripturis dictum eſt; [i] *Iraſcimini, & nolite peccare.* Et, [k] *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Beatus qui [l] meminerit: quod ego credo eſſe in vobis. Deus autem & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ipſe ſempiternus Pontifex, Dei filius, Jeſus Chriſtus ædificet vos in fide & veritate, & in omni manſuetudine; & ſine iracundia, & in patientia & longanimitate & tolerantia & caſtitate: & det vobis ſortem & partem inter ſanctos ſuos; & nobis vobiſcum & omnibus qui ſunt ſub cœlo, qui crediturі ſunt in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & in ipſius Patrem, qui reſuſcitavit eum à mortuis. Pro omnibus ſanctis orate. Orate etiam pro Regibus & Poteſtatibus & Principibus, atque pro perſequentibus & odientibus vos, & pro inimicis crucis: ut fructus veſter manifeſtus ſit in omnibus; ut ſitis in illo perfecti.

XIII. Scripſiſtis mihi & vos & *Ignatius*, ut ſi quis vadit ad Syriam, deferat literas meas, quas fecero ad vos; ſi habuerimus

ιγ'. [1] Ἐγράψατέ μοι ϗ ὑμεῖς ϗ Ἰγνάτιος, ἵνα ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς Συρίαν, ϗ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα· ὅπερ ποιήσω,

1 *Habentur Græca hæc apud Euſebium, in loco citato.* a Deſiderantur Græca. b Al. *præſentantes.* c Tob. XII. 9. d 1 Pet. II. 12. e Al. *conſiderantes.* f Lege *aliis.* g 1 Cor. VI. 2. h Philip. I. i Pſal. IV. 5. k Eph. IV. 26. l Al. *credidérit.*

ἐάν

ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύοντα τὸ καθ' ὑμᾶς. Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας, ὅσας ἔχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ· ἐξ ὧν μεγάλα [1] ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν, καὶ ὑπομονὴν, καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν.

tempus opportunum, ſive ego, ſeu legatus quem miſero pro vobis. Epiſtolas ſane *Ignatii*, quæ tranſmiſſæ ſunt vobis ab eo, & alias, quantaſcunque apud nos habuimus, tranſmiſimus vobis, ſecundum quod mandaſtis; quæ ſunt ſubjectæ huic Epiſtolæ: ex quibus magnus vobis erit profectus. Continent enim fidem, patientiam, & omnem ædificationem ad Dominum noſtrum pertinentem.

Et de ipſo *Ignatio*, & de [a] his qui cum eo ſunt, quod certius agnoveritis, ſignificate.

XIV. Hæc vobis ſcripſi per *Creſcentem*, quem in præſenti commendavi vobis, & nunc commendo. Converſatus eſt enim nobiſcum inculpabiliter: credo quia & vobiſcum ſimiliter. Sororem autem ejus habebitis commendatam, quum venerit ad vos. Incolumes eſtote in Domino Jeſu Chriſto [b] in gratia cum omnibus veſtris. *Amen.*

1 Φιλιππησίους. a Al. *ipſi*. b Al. *& gratia ipſius*.

MARTY-

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ

Ἐπισκόπου Σμύρνης τῆς Ἀσίας.

DE

S. POLYCARPI *MARTYRIO*

Smyrnenſis *Eccleſiæ Epiſtola.*

Eccleſia Dei, quæ eſt apud Smyrnam, Eccleſiis Dei ſalutem, Philomeliæ & univerſis, quæ in locis ſunt catholicis, civitatibus, miſericordia & pax & amor Dei Patris ac Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus abundet in ſeculo.

Ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλαδελφίᾳ, καὶ πάσης τῆς καθ' παντὸς τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις, ἔλεος, εἰρήνη, καὶ ἀγάπη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

I. SCripſimus vobis, fratres, de martyribus, & de beato *Polycarpo*, qui [a] velut ſignaculum fidei perſecutionem ſedavit inimici. Omnia enim quæ tranſacta ſunt Domino auctore prædicta ſunt, ſecundum Evangelium: in quo quid ſequi deberemus oſtendit. In quo ſe & tradi paſſus eſt & [b] crucifigi, per quem nos liberaremur, [c] affixi. Æmulos nos ergo ſibi eſſe voluit; ac primus, virtute cœleſti, injuſtorum juſtus obtemperavit [d] im-

α'. ΕΓραψάμην ὑμῖν, ἀδελφοὶ, [1] τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας, καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὃς [2] τις ὥσπερ ἐπισφραγίσας τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν. Σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον. προεμένεν γὰρ ἵνα παραδοθῇ, ὡς καὶ ὁ κύριος, ἵνα μιμηταὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ γενώμεθα· μὴ μόνον σκοποῦντες τὸ καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸ

1 Deeſt τὰ in MS. ſed exſtat in codice Viennenſi. 2 Euſeb. διὰ τῆς μαρτυρίας. a *Per* Colb. b *Cruci*, ſimpliciter. c L. *affigi*. d *Arbitrio* Colb.

κατὰ

κατὰ [1] τοῦ πέλας· ἀγάπης γὰρ ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἐστὶν, μὴ μόνον ἑαυτὸν θέλειν σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς.

perio : dans ſcilicet ſecuturis viam, ut pius Dominus exemplum famulis ſe præbendo, ne oneroſus præceptor à quoquam putaretur. Pertulit ante illa, quæ aliis perferenda mandavit : quo omnes ita formavit & docuit, ut non ſolum nos ipſos, ſed etiam per nos fratres ſingulos ſalvaremus.

β'. Μακαρία μὲν οὖν καὶ γενναία πάντα τὰ μαρτύρια πάντα τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ γεγονότα· δεῖ γὰρ εὐλαβεστέρους ἡμᾶς ὑπάρχοντας, τῷ θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν [2] ἀνατεθῆναι· τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν, καὶ ὑπομονητικὸν, καὶ φιλοδέσποτον, τίς ἂν οὐκ ἂν θαυμάσειεν; οἳ μάστιξι μὲν κατατηξάντες, ὥστε μέχρι τῶν ἔσω φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι ὑπέμειναν· ὡς καὶ τοὺς παρεστῶτας ἐλεεῖν καὶ ὀδύρεσθαι. [3] Τὸ δὲ καὶ εἰς τοσοῦτον γενναιότητος ἐλθεῖν, ὥστε μήτε βρύξαι μήτε στενάξαι τινὰ ἑαυτῶν. Ἐπιδεικνυμένους ἅπασιν ἡμῖν, ὅτι ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι τῆς σαρκὸς ἀπεδήμουν οἱ μάρτυρες Χριστοῦ· μᾶλλον δὲ ὅτι παρεστὼς ὁ κύριος ὡμίλει αὐτοῖς· καὶ προσέχοντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, τῶν κοσμικῶν κατεφρόνουν βασάνων, ἀλλὰ μιᾶς ὥρας τὸν αἰώνιον κόλασιν ἐξαγοραζόμενοι, καὶ τὸ πῦρ ἦν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τῶν ἀπηνῶν βασανιστῶν. Πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σβεννύμενον, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρού-

Ibid. Ανυστερήτῳ ὄντι παντὸς χαίσματος] V. I. *indeficienti.* Vulg. *infraudatæ*: potius, *indefectæ*; & satis hæc eleganter. *Indefectæ* passive. Phædrus lib. I. fab. XXI. *defectus annis, & desertus viribus.* De Sejano Paterculus l. II. c. 216. *non merito sed materia adipiscendi triumphalia defectus est*: & c. 120. ait, *Varum magis Imperatoris defectum consilio quam virtute destitutum.* Apul. 32. *argumentis defecta.* Ad rem ipsam quod spectat, S. Ignatius sequitur Apostolum, 1 Cor. I. 7. ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαίσματι. *Ita ut nihil vobis desit in ulla gratia.* Sic ipse ad Polycarpum, ἵνα μηδενὸς λείπῃ, καὶ παντὸς χαίσματος περισσεύῃς. Hic igitur Ignatius declarat, Ecclesiam Smyrnæorum non tantum omnia dona per misericordiam Dei accepisse, sed & ea conservasse, & quum scriberet, nullo eorum destitutam fuisse. Quod quidem antiquitati harum Epistolarum haud parum patrocinatur. Nam quod de Corinthiis dictum est à S. Paulo, ut de Smyrnæis etiam affirmaretur tot annis postea, insigne illius Ecclesiæ præconium fuit. Post Ignatii tempora legimus in aliquibus Ecclesiis aliqua charismata perdurasse. De dono prophetiæ Justinus in Dialogo: παρ' ἡμῖν καὶ μέχρι νῦν προφητικὰ χαίσματά ἐστιν. *Nam apud nos etiamnum sunt prophetica charismata.* De dono prophetico aliisque nonnullis adhuc in Ecclesia manentibus Irenæus l. II. c. 56. & 57. præcipue ad conversionem Gentium. De dono prophetico, & sanationis, & ejectionis Dæmonum ad sua usque tempora durante Origenes lib. I. contra Celsum p. 34. & alibi.

P. I. v. 10. Θεοπρεπεστάτῃ] Interpres uterque, *Deo decentissimæ.* Origenes in exhortatione ad Martyrium, Θεοπρεπέσιν Ἀμβρόσιε. & Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. VI. c. 41. καὶ γοῦν ὁ Θεοπρεπέσιος σὺν ἡμῖν ἐστι Διόσκορος. De Christo ipso Origenes adv. Celsum l. III. Θεοπρεπέσιος καὶ ἀληθῶς δεῦρο πρὸς ἡμᾶς κατελθών.

P. I. v. 11. Αγιοφόρῳ] V. I. *sanctiferæ.* Uno verbo dixit, quod Apostolus plubus dicere solebat, κλητοῖς ἁγίοις, vel πᾶσιν ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις. Ecclesia autem recte *sanctifera* dicitur, quia sanctis referta est, eosque

quasi

quaſi parere videtur: ideoque *ferax ſanctorum* habetur; ut καρποφόρον, *frugifer*: Σιτοφόρον γῆν. Sic Epheſii dicuntur ἀγιοφόροι.

P. 1. v. 11. Τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ] Phraſis plane Apoſtolica, ubi ad Eccleſiam alicujus urbis ſcribitur: ut 1 Cor. 1. 2. Τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ. & 2 Cor. 1. 1. & ubi Eccleſiæ nomen non uſurpat, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ, ἐν Ἐφέσῳ, ἐν Κολοσσαῖς, &c. Rom. XII. 3. παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν.

P. 1. v. 12. Τῆς Ἀσίας] Apoc. 1. 4. 11. Ad Epiſcopos quinque urbium Aſiaticarum ſcribit Ignatius. Eraſmus vult plures eccleſias in Aſia, quam ſeptem, non fuiſſe, quum Joannes Apocalypſin ſcripſit. Sed quære. Undecim urbes Aſiæ certant apud Tacitum lib. IV. Annalium pro templo Tiberii. Urbes autem ad Commune Aſiæ pertinentes erant tredecim. Quatuor vero ex hiſce quinque nomen Ἀσίας adjungit Ignatius, quarum tres memorantur inter Septem Aſiæ Eccleſias Apocalypticas; quintam autem, ut diſtinguat ab urbe ejuſdem nominis ſatis celebri in eadem Aſia ſita, illa appellatione omiſſa, aliter deſcribit, viz. ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ. Eodem igitur ſenſu hic intelligenda eſt *Aſia*, quo locuti ſunt Apoſtoli, Petrus, Paulus, & Joannes. Scriptores alii has urbes, ſigillatim recenſitas, aut Lydiæ, aut Æolidi, aut Ioniæ adſcribunt, non Aſiæ. Lydia autem Æolidem & Ioniam complectebatur, & Aſiam proprie dictam conſtituebant: Ἀσία, τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο ἡ Λυδία. De qua re videndus omnino Ariſtides in περὶ τῆς Σμυρναϊκῆς. t. 1. p. 475. Smyrna urbs ſub Tiberio omnium pulcherrima, ut teſtatur Strabo, hujus *Aſiæ* metropolis. V. Marm. Oxon. p. 47.

Ibid. Ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ Θεοῦ] Hæc ad poſteriora pertinent, ut ex aliis ſalutationibus patet. Ita enim ad Epheſios optans loquitur, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ ἐν ἀμώμῳ χάριτι χαίρειν· & ad Romanos, πλεῖστα ἐν Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ ἀμώμως χαίρειν.

P. 1. v. 13. Πλεῖστα χαίρειν] *plurimum gaudere*: ut, *plurimum valere*. Digeſtorum l. VIII. t. 3. 37. Λέκτῳ Τίτῳ Γαΐῳ Σείῳ πλεῖστα χαίρειν. Solita hæc in Epiſtolis ſalutatio, brevis & conciſa. Ἰδιον γὰρ πάσης ὀπισολῆς τὸ χαίρειν καὶ ἔρρωσο λέγειν, inquit Artemidorus l. III. c. 42. Ita S. Jacobus τοῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ χαίρειν. Neque tantum in Epiſtolis, ſed & in congreſſibus & allocutionibus quotidianis, præſertim matutinis, eadem forma à Græcis uſurpata eſt. De qua familiari ſalutatione intelligenda eſt illa S. Joannis cautio epiſtola ſecunda de ſeductore, χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε. Quamvis hæc allocutio, quam προσφθεγμα, πρόρρησιν, & προσαγόρευσιν Græci vocant, antiquiſſima fuerit, & ab ipſis Homeri temporibus deducta; eam tamen Plato, Homero ſemper iniquior, cum in Charmide, tum in Philebo, rejecit: unde Lucianus in *Salutationis lapſu* de Platone loquens: Τὸ μὲν χαίρειν χαίρειν κελεύει, καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζει: ut eum locum Luciani & ſupplendum & emendandum puto. Loco autem τοῦ χαίρειν Plato poſuit τὸ εὐπράττειν. Τὸ δὲ εὐπράττειν ἀνὶ' αὐτοῦ εἰσάγει, ὡς κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εὐδιακειμένων σύμβολον. Pythagoræi ſemper τὸ ὑγιαίνειν uſurpabant: de quibus iterum Lucianus: Καὶ ὅλως ἠγοῦντο τὸ μὲν ὑγιαίνειν τὸ εὐπράττειν καὶ τὸ χαίρειν εἶναι· ὅτε δὲ τὸ εὐπράττειν, ὅτε τὸ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν. ut eum locum etiam ſupplevimus. Et ab his Pythagoræis, qui in Italia ſive Magna Græcia vivebant, Romani, ut opinor, ſuas formulas derivarunt, *Salutem* ſcil.

&

& *Bene valere*. Huc usque Inscriptio, quam nimis longam esse putant homines nimis delicati. S. Paulum utique imitatur noster: neque magis usquam, quam in Salutationibus. Inscriptio Epistolæ Paulinæ ad Romanos hac ipsa longior est, septem priores versiculos complectens.

P. I. v. 14. Δοξάζω Ιησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν] Vetus Interpres, *Glorifico Jesum Christum Deum*. In MS. legitur δοξάζων, satis bene. Interpolator pro sua libidine, Δοξάζω τὸν Θεὸν καὶ πατέρα Ιησοῦ Χριστοῦ· quibus verbis sententiam Ignatii de vera & summa divinitate Christi obscuravit, quam tamen ipse Ignatius semper aperte agnoscit & profitetur. Non aliter intelligi potest — δωρεὰ τοῦ Θεοῦ in hac ipsa epistola, & ἀμώμους Χριστοῦ Θεοῦ in epistola ad Polycarpum, ἐν Θεῷ ἡμῶν Ιησοῦ Χριστῷ in epistola ad Ephesios, ᾧ αὐτὸς ᾖ ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν, & λαβόντες Θεοῦ γνῶσιν, ὅ ἐστιν Ιησοῦς Χριστός. & ad Romanos, καὶ πίστιν ᾗ ἀγάπῃ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Quæ omnia ad imitationem S. Johannis & S. Thomæ dicta sunt, qui aperte *Christum* ἐθεολόγουν, ut loquuntur Veteres, i. e. *diserte nobis ut Deum repræsentabant*. Ita certe Ignatii ætate loquebantur, & qui statim postea secuti sunt. V. Plinii epistolam ad Trajanum, & Euseb. H. E. l. V. c. 28. p. 196. & IX. 1. p. 348. D. Clem. Alexandr. 790. A. b. Insignis locus est Origenis adv. Celsum, 230. & in Joan. 139. Arnobius adv. Gentes, l. II. p. 85. *Et ideo Christus, licet vobis invitis, Deus*: (*Deus inquam Christus.*) *Hoc enim sæpe dicendum est, ut infidelium dissiliat & dirumpatur auditus*. Unde peculiari notione Θεολογία doctrina de deitate Christi: cui opponitur doctrina de humanitate, quæ Οἰκονομία dicebatur: & Θεολογικὰ dicebantur, quæ tractabant de deitate Christi. Ephraimus apud Phot. 776. 20. De οἰκονομίᾳ v. Irenæum l. 4. c. 62. Græce, & p. 80. Vide eundem in penultima pagina Græcorum fragmentorum. Orig. 129. in Joan. ex Heracleone. Justin. 264. A. 331. A. Οἰκονομία καὶ Θεολογία Euseb. lib. 1. p. 4. D. Theodoret. procemio ad Hebræos. Illud etiam ex verbo δοξάζειν apparet, quoniam toties in S. literis occurrit δοξάζειν τὸν Θεόν. In vetustissima doxologia in codice Trevirensi ante mille annos descripto, & in codice Cyrilli ante annos mille ducentos:

Κύριε ὁ Θεὸς,
Ο ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ,
Ο υἱὸς τοῦ Πατρός.
Domine Deus,
Agnus Dei,
Filius Patris.

Sub nomine ψευδεπιγράφου ἐπιστολῆς ab ipso Athanasio agnita *de Virginitate* versus finem: & fortasse ὠδὴ πολυώνυμος à Luciano circa medium secundi seculi notata est; ut observatum est à Viro erudito, & Amico nostro, Smitho Oxoniensi. Hoc maxime notabile, quod vetustissimi Christiani Christum *Deum* simpliciter vocabant: posteriores Hæretici *Dominum* tantum. V. Phœbadium.

Ibid. Τὸν Θεὸν] Christum vocat Ignatius Deum cum articulo. Ephraim. apud Phot. Cod. CCXXVIII, pag. 810. 21. Καὶ ὁ θεοφόρος δὲ Ιγνάτιος καὶ μάρτυς Σμυρναίοις ὁμοίως κέχρηται τῇ ἄρθρῳ· eo sc. modo, quo ante S. Matthæus & S. Paulus, non tantum in casu recto, sed etiam in obliquo. De articulo

in

in Jo. 109. B. ipse tamen usurpat contra Celsi. 321. 322. 323. 325. Valesius in epistola ad Abgarum apud Euseb. in annotationibus pag. 22. condemnat vulgarem lectionem, ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, propter auctoritatem aliquorum MSS. & rationem addit duplicem, quarum neutra mihi probatur. Artemon Hæreticus post Apostolos fatebatur, Christianos Christum θεολογῆσαι. Theodoret. IV. 220. B. Quum dixisset Libanius Sophista de Christianis, τὸν ἐκ Παλαιστίνης ἄνθρωπον θεόν τε καὶ θεοῦ παῖδα ποιοῦσι, *Hominem quendam ex Palæstina Deum Deique filium faciunt*; recte ei respondit Socrates III. 23. ὅπως μὲν οὖν &c. p. 201. quem consule. An inde veteres inscriptiones I. X. Θ. Ἰησοῦς Χριστὸς Θεὸς; unde ΙΧΘΥΣ Tertulliani. V. Rutgersi. Var. Lect. l. I. c. 1.

P. 1. v. 14. Τὸν ὅπως ὑμᾶς σοφίσαντα] *Qui tanta vos sapientia imbuit & instruxit: qui vos adeo sapientes reddidit*; sapientia sc. salutari atque divina. Ita enim loquitur more Apostolico: ut 2 Tim. III. 15. τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν. V. I. *quæ te possunt instruere ad salutem*. N. I. *quæ te possunt sapientem reddere*. Hac voce solus inter N. T. Scriptores S. Paulus usus est. Reperitur vero identidem cum accusativo personæ in Græca Versione Psalmorum. Psalm. XVIII. 8. & CIV. 22. Vetus Interpres ὅπως non agnoscit: agnoscit autem Interpolator cum suo Interprete: & sine dubio ita scripsit Ignatius. Veram igitur sapientiam atque *divinam* à Christo tribui ostendit, qui est θεοῦ δύναμις & θεοῦ σοφία. 1 Cor. I. 18. & *factus est nobis* σοφία ἀπὸ θεοῦ. 1 Cor. I. 30. De Mose Epiphanius: ὁ δὲ Μωσῆς συνέσει ἐκ θεοῦ κεχαειτωμένος. Ita Deus ἐν ἐνυπνίοις σοφίσας dicitur Josephum. Naz. Orat. XXVIII. 281. B. Σοφισθέντες Justin. 247. B. 250. C. Barnabas pag. 228. ὅτι ἄγγελος πονηρὸς ἐσόφισεν αὐτόν. Cyrill. Lex. Σωτηρίῳ σε, σοφιῶ σε. Glossa, Σοφίζω, *sapientiam præsto*. Aliter quoque usurpabant: Σοφίζω, λόγοις ἁπτῶ. ita scribendum, non λόγος.

P. 1. v. 15. Ἐνόησα γὰρ] *Observavi enim*. Quapropter jam fuerat ipse Smyrnæ, & eorum conversationem, dum apud eos esset, observaverat, & ad Smyrnæos hæc Troade constitutus scribit, jam Asiæ valedicturus, & in Thraciam perrecturus.

P. 1. v. 16. Κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει] V. I. *perfectos in immobili fide*. Effectum hic explicat, quem divinæ sapientiæ, à Christo datæ, tanquam caussæ, adscribit: agnoscit enim Smyrnæos divina sapientia non mediocriter esse imbutos, quod fide immobili eos esse præditos cognosceret. Quod enim à Corinthiis in caussa schismatis expetebat S. Paulus 1 Cor. I. 10. ἵνα ἦτε κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ, illud in Smyrnæis agnoscit Ignatius, *compactos* sc. seu *instructos* eos esse in *fide*, *eaque immobili & indissolubili*: quod eam sc. à Schismaticorum & Hæreticorum insultibus inconcussam conservarent. Ἀκίνητον autem vocat, ut S. Paulus ἀκλινῆ· v. postea ubi ad Ephesios utitur verbis S. Pauli ipsissimis: sed illa videntur assuta. 1 Cor. XV. 58. Ἑδραῖοι γίνεσθε καὶ ἀμετακίνητοι. Ad Polycarpum, ἑδραιωθέντες, ὡς ὄντι πέτραν ἀκίνητον.

P. 1. v. 17. Ὥσπερ καθηλωμένους] Describit eos *quasi* καθηλωμένους *clavifixos*: *quasi* inquam: nam V. I. male, *quemadmodum*; ac si clavis fixi essent. Immobilitatem & firmitatem fidei illustrat Ignatius, dum eos adeo stabiles pronunciat, ac si clavis quibusdam fixi essent. *Crucifixus* cum Christo: Gal. II. 20.

&

& VI. 14. Hesychius, καθήλωσε, τοῖς ἥλοις ἔφιγξε. V. Æschyli Prometheum.

Ἀρασσε μᾶλλον, σφίγγε, μηδαμῆ χάλα.

Lucianus pœnam Promethei describit, quam σαύρωσιν vocat. Celsus apud Orig. 298. διότι ὁ διδάσκαλος αὐτῶν σταυρῷ ἀνηλώθη. Suidas, Ἀνάρτησις, ἡ ὅτι ξύλῳ καθήλωσις. Ita in Actis Pionii καθηλώσεις illius Martyris memorabantur, ut tradit Eusebius. Eleganter hæc exprimuntur à Clem. Alex. Pædagogi l. III. c. 12. Naz. 276. A. Vide etiam Theodotum Ancyranum, p. 25. Καθήλωσον τὰς σάρκας μου Psalm. CXVIII. 121. De Christo aliqui interpretati sunt: ut Barnabas, p. 219.

P. I. v. 18. Σαρκί τε καὶ πνεύματι] Phrasis Ignatio maxime familiaris: i.e. *toti ac penitus, ac si ita Christo deservirent tum corpore tum animo, ut ab illo avelli non possent. Empti enim sumus Christo*, sanguine sc. Jesu Christi in cruce effuso: unde oportet *Deum glorificare & in corpore & in Spiritu, quæ sunt Dei.* 1 Cor. VI. 20. Quod Clemens Alex. dixit πνεύμασι καὶ σώμασι, 275. B. Ecclesia Gallicana σώματι καὶ ψυχῇ apud Euseb. 159. C. Διόπερ ἀναγκαῖον πνευματικῶς καὶ σωματικῶς χειστιανίζειν. Orig. in Jo. 9. D.

P. I. v. 19. Καὶ ἑδραιωμένους ἐν ἀγάπῃ] Secunda firmitatis metaphora: ut in epist. ad Polycarpum, ἡδραιωμένῳ ὡς ὄπι πέτραν ἀκίνητον, & hac ipsa, ᾧ εὔχομαι ἡδρῶσθαι πίστει καὶ ἀγάπῃ· & in epist. ad Ephes. ἑδραῖοι ἐν τῇ πίστει. S. Paulo ἑδραιοι. 1 Cor. VII. 37. & XV. 58. Coloss. I. 23. Clem. Alex. ἡ ἀληθείας ἑδραιότης, 317. D. Hesychius, Ἑδραιώσει, βεβαιωθείσα. Ἕδρα, βάσις· unde ἔδραιον, *firmamentum, stabilimentum.* Ancoram Poëta satis eleganter dixit νηῶν ἔδραιον ἀγκυρέων· per quam metaphoram liber Epiphanii ab ipso dictus Ἀγκυρωτὸς, *firmus, stabilis, vel more ancoræ firmans & stabiliens.*

P. I. v. 20. Πεπληροφορημένους] V. I. *certificatos*; Vulgatus, *confirmatos*: minus recte, ut opinor. Vox hæc à LXX. adhibita est, Eccles. VIII. 11. ad exprimendam vocem Hebræam פלא, quod alibi πληροῦσθαι redditur. Hesych. πληροφορία, βεβαιότης. Gloss. πληροφόρημα, *plenitudo, satisfactio.* πληφορῶ, *morigero, satisfacio.* Licet autem πεπληροφορημένοι nihil aliud significat, ut videtur, quam πεπληρωμένοι, hic tamen aliquid ulterius significat, ut ex adjunctis patet, εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν· & ejus significatio omnino petenda est à Luc. I. 1. in quem locum Homilia ex interpretatione Hieronymi, *Effectum suum Lucas indicat ex sermone, quo ait, in nobis manifestissime sunt ostensæ, id est,* πεπληροφορημένων, *quod uno verbo Latinus sermo non explicat. Certa enim fide & ratione cognoverat, neque in aliquo fluctuabat, utrum ita esset, an aliter.* Novi quidem Fœderis Scriptores ea non uno modo utuntur. Solus Paulus cum Luca suo. Πληροφόρησον, 2 Tim. IV. 5. nihil aliud hic quam *implere* significat. Πληροφορία ἀγάπης, Epiphan. p. 15. C. unde Clemens πεπληροφορημένοι ἀγάπης. Hegesippus apud Euseb. l. II. c. 23. Καὶ πολλῶν πληροφορημένων καὶ δοξαζόντων ὅτι τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰακώβου· Rom. IV. 21. & XIV. 5.

Ibid. Πεπληροφορημένους εἰς τὸν Κύριον] Ut πιστεύοντας εἰς τὸν Κύριον, *firmissima fide penitus persuasos in Dominum nostrum.* Basil. Ascet. Τί ἴδιον πίστεως; ἀδιάκριτος πληροφορία. Ita explicare videtur Hebr. X. 22. Unde postea πληροφορεῖν. Evagr. 347. D. Clem. Alex. p. 54. de Apostolis, πληροφορηθέντες ἀφ' ἧς ἀνεστάσεως, & μετὰ πληροφορίας πνεύματος βεβαιότητι. V. Heins. 46. Ipse in epistola ad Magnes.

πεπληροφορῆσθαι ἐν τῇ γεννήσει, καὶ πρὸ πάθει, καὶ τῇ ἀναστάσει τῇ γενομένῃ ἐν καιρῷ τῆ ἡγεμονίας Ποντίε Πιλάτε.

P. 1. v. antepenult. Τὸν Θεὸν κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν Θεοῦ] Locum hunc exscripsit Theodoretus Dial. I. ubi ἀληθῶς male transponitur, & κατὰ θεότητα καὶ δύναμιν, pro κατὰ θέλημα καὶ δυνάμιν, ut varia lectio, observari potest. Puto apud Theodoretum potius eam vocem mutatam fuisse. Certe ab Interpolatore non est. Quænam vero fuerit vera Ignatii lectio, dubitari potest ob auctoritatem Theodoreti, qui caute legendus est post Concilium Ephesinum: utraque tamen satis sana. Licet enim κατὰ θεότητα ad divinam naturam hæc referre videtur, & κατὰ θέλημα generationi divinæ contradicere videatur, neutrum tamen verum est. Verbum enim non tantum κατὰ θεότητα Filius Dei recte dicitur, sed & κατὰ θέλημα à Veteribus sæpe dicitur. Certe Justino Martyri Dialog. cum Tryphone p. 289. dicitur ἐκ τοῦ Πατρὸς θελήσει γεγενῆσθαι· & postea seipsum exponens, ἐν τοῖς προειρημένοις λόγοις βραχέων τὸν λόγον ἐξήτασα, εἰπὼν τὴν δύναμιν ταύτην γεγενῆσθαι ἀπὸ τῆ Πατρὸς δυνάμει καὶ βουλῇ αὐτοῦ. Vide etiam p. 284. Tatianus, Justini discipulus, θελήματι δὲ τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ προπηδᾷ λόγος· & ὁ λόγος προελθὼν ἐκ τῆ τοῦ Πατρὸς δυνάμεως. Tertull. adversus Praxeam, *Quis Deus in ea natus? Sermo & Spiritus, qui cum Sermone de Dei voluntate natus est.* Origenes Homil. II. in Cant. *Quia secundum dispensationem carnis ex Virgine cum voluntate Patris crevi.* Utcunque sit, videtur Ignatius de Incarnatione loqui. Nazianzenus culpat eos, qui unam naturam Dei ita tradiderunt, μίαν μὲν, μικροπρεπῆ δέ τινα καὶ γένιον, ἐκ ἔχουσαν τὸ μεγάλων εἶναι ἀρχὴν, ὥσπερ ἐ δωρηθεῖσαν ἢ μὴ θελήσασαν. 208. D. Hæc ad Trallianos è Smyrna brevius, eadem nunc è Troade ad Smyrnæos Ignatius scribit plenius & explicatius.

P. 1. v. penult. Γεγεννημένον] Forte γεγεννημένον. V. I. *genitum*: ut in ep. ad Trallianos, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη. V. I. *vere natus est.* Ex Maria natus an genitus dicatur Christus, non refert: certe eam distinctionem non curabant veteres; & apud Græcos γένεσις pro γέννησις sæpe scripta reperitur.

P. 1. v. ult. Βεβαπτισμένον ὑπὸ τῆ Ἰωάννε] Hæc ad veritatem naturæ humanæ spectant, quod fuerit Joannis manibus contrectatus, quod aquis immersus, quod ablutus, ut alii.

P. 2. v. 2. Ἐπὶ Ποντίε Πιλάτε] ut in Ep. ad Magnes. ἐν καιρῷ τῆ ἡγεμονίας Ποντίε Πιλάτε. Præter eos, qui enarrarunt Historice, primus Paulus, 1 Tim. VI. 13. *Temporibus Pontii Pilati Præsidis, qui fuit Procurator Tiberii Cæsaris.* Iren. l. I. c. 29. ἐπὶ Ποντίε Πιλάτε σαρκωθέντα. Justin. Apol. juxta Symbolum Apostolicum.

P. 2. v. 3. Καὶ Ἡρῴδε τετραάρχε] Sub Herode. Justin. 247. c. 330. D. Sic Euseb. l. II. c. 4. Οὗτος δὲ ὧν ἐπὶ πάσης τῆ Σωτῆρος. Optime Herodem Pilato adjungit Ignatius, quia sub ejus imperio & jurisdictione Christus tunc fuit, quum judicaretur à Pilato, & à Pilato ad Herodem missus, ab eo ad Pilatum remissus est. Luc. XXIII. 7. Ἡρῴδης τε καὶ Πόντος Πιλάτος Act. IV. 27. Inde explicatio Psalmi versu præcedente. Lactant. l. IV. c. 18. *Tum Pontius illorum clamoribus & Herodis Tetrarchæ instigatione, metuentis ne regno pelleretur, victus est.* Hic autem erat Herodes Antipas, Galileæ Tetrarcha, in qua erat Nazareth, Josephi habitatio: unde Christus sub ejus jurisdictione esse censebatur.

*

sebatur. V. Origen. in Matt. 265. & Huetium ibi. Herodes Tetrarcha Luc. III. 19. ut ab Herode magno distingueretur : unde etiam Herodes ὁ νέος sive *Junior* vocatur. Erat enim filius Herodis magni, cujus regnum, in tres partes divisum, tribus filiis traditum est, Archelao, Philippo, & Herodi. Tacitus lib. V. *Hist. Gentem coërcitam liberi Herodis tripartito rexere.* Unde Philo vocat tetrarchiam Philippi τὴν παρῳδίαν λάξεως πεῖραν. Jam ex sua tertia parte ejectus erat *Archelaus*, sc. Judæa, eique præfectus erat Pilatus, ut Procurator *Tiberii*. Philippus autem & Herodes suas partes adhuc tenebant : *Philippus* Trachonitidem, Galilæam Herodes. Antipatro nullam tetrarchiam dedit. Act. XIII. 1. Μαναὴν Ἡρῴδου τοῦ συντρόφου. An Agrippa? *In Herodis locum Archelaus ab Augusto substituitur, & Tetrarchæ fiunt quatuor fratres ejus, Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus.* Ita Euseb. in Chronico. V. Scaligerum ibi. Hæc videtur quibusdam maxime idonea ratio statuendi tetrarchias : sed vera non est. Non enim quatuor fratres habuit Archelaus : nam Antipater vivo Herode patre mortuus est, & Lysias aut Lysanias nullus ad eam familiam spectabat. Philippus & Herodes soli fratres erant. Luc. III. 1.

P. 2. v. 4. Ἀφ' οὗ καρποῦ] V. I. *à cujus fructu*, ligni sc. quod hic subintelligendum est. Patet hoc ex epist. ad Trallianos, p. 52. Ipse enim Christus, pendens in ligno, quasi fructus ejus intelligitur. Interpolator, quum non videret, quo modo hæc recte intelligi possent, expuncta voce καρποῦ, ἀφ' οὗ ἡμεῖς ἐσμεν simpliciter dixit, *à quo*, sc. Christo, *nos sumus*.

P. 2. v. 5. Θεομαχεῖν] MS. habet Θεομαχεῖτε : forte pro Θεομαχεῖσθε. ut in epistola ad Polycarpum, Πολύκαρπε θεομαχειστότατε.

Ibid. Ἵνα] Ut ante finem baptismi ejus, ita nunc finem seu rationem crucifixionis ostendit.

Ibid. Ἵνα ἄρῃ σύσσημον] Ita etiam legit Interpolator. Quamvis ejus Interpres mire legit, *ut tollat secum sibi conjunctos* : unde colligit Usserius, eum legisse συσταύρους, non satis firmiter : & frustra eos esse recte monet Vossius, qui aliud substituunt. Σύσσημον est *signum*, ut recte noster, *ut levet signum.* Αἴρειν σύσσημον & σημεῖον, phrasis Prophetica, Esaiæ sæpe usurpata. נס Isa. V. 26. Τοιγαροῦν αἰρῇ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι. Lat. *& elevabit signum in nationibus procul.* XLIX. 22. & LXII. 10. Neque LXX. soli hac voce utuntur, sed & Aquila. Isa. LIX. 19. Hieron ad Isa. V. 26. *Legi in cujusdam Commentariis hoc quod dicitur*, Levabit signum in nationibus procul, & sibulabit ad eum de finibus terræ, *de vocatione gentium debere intelligi, quod elevato signo crucis, & depositis oneribus peccatorum, velociter venerint atque crediderint.* An intelligit Origenem? *Sed nescio*, inquit, *quo modo huic sensui possint congruere, quæ sequuntur* : quasi vero Prophetæ minis promissiones non permisceant. Sed vide Cyrill. Catech. 62. B. & Lactantium l. IV. c. 26. *Quoniam is, qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus, & ceteris altior, crux potius electa est, quæ significaret, illum tam conspicuum, tamque sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum, pariter & colendum, cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent.* Αἴρειν σύσσημον idem quod Græcis αἴρειν σημεῖον, qua phrasi nulla illis usitatior : unde Hesychius & Suidas, Σύσσημον, σημεῖον. Ni-

hil igitur hoc in loco σύσημον aliud quam σημεῖον. Sed ſomniavit aliquid latere vulgatus Interpres in conjunctione σωὶ, ut Eraſmus & Beza ad Marc. XIV. 44. ubi tamen σύσημον nihil aliud eſt, quam S. Matthæi σημεῖον. XXVI. Nude etiam in quibuſdam MSS. legitur σημεῖον apud S. Marcum. Crux Chriſti omnes τῦ σημείυ uſus exprimit, (*Si exaltatus fuero*) ad colligendum exercitum, ad collectum convocandum, ubi opus erat; ad exſpectandum hoſtem; ad pugnandum; ad victoriam.

P. 2. v. 7. Εἰς τὰς ἁγίυς ϗ πιςὰς αὐτῦ] Valde ſignanter hæc ſcripſit, quia Chriſtus poſt reſurrectionem ſolis fidelibus apparuit. Poteſt aliter explicari. Sed per duplex εἰς hanc potius explicationem quæ ſequuntur poſtulant.

P. 2. v. 8. Εν ἑνὶ σώματι] Ad unionem. Hic enim uſus erat ſigni militaris, ut colligerent ſe & in unum congregarent, ſi quando erant diſperſi aut diſſipati.

P. 2. v. 10. Ταῦτα γὸ πάνλα ἔπαθεν] Omnia quandam paſſionem includebant. Multa enim ſuſtinuit præter crucem. Paſſus autem eſt hæc δι' ἡμᾶς. Phraſis præcipue notanda, an *loco noſtri*? ut duo dicat, an *pro nobis*, an *propter nos*? Rom. IV. 24. 25. 1 Cor. VIII. 11. 1 Theſſ. I. 5. 1 Pet. I. 20. 2 Cor. VIII. 9. Finis paſſionum Chriſti, ἵνα σωθῶμεν· plane Apoſtolice. Polycarp. p. 21. ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, πάνλα ὑπέμεινε.

P. 2. v. 11. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν] Hæc expreſſit Iren. 284. B. Origenes contra Celſum 70. & in ſua fidei ſumma in procœmio lib. I. φησὶ ἀρχῶν. *Et quoniam his Chriſtus natus eſt, & paſſus in veritate* — & in Jo. 154. B. Epiphanius Ancorato 483. ὅτι ἀ δοκήσει ἠμφίεσο τὸ σῶμα, ἀλλὰ ἀληθείᾳ ——

P. 2. v. 12. Ἄπιςοι] i. e. *Hæretici*. Hæreticos jam perſtringit, quos *infideles* vocat, quod eſſent veræ fidei vacui: ut poſt, τὰ δὲ ἐνδόμελα αὐτῶν ὄντα ἄπιςα, ut alibi ſe explicat. Gloſſ. *Perfidus*, ἄπιςος. Hæreticorum non fides ſed perfidia: ut in epiſt. ad Trallianos de Docetis, Εἰ δὲ, ὥσπερ τινες Ἄθεοι ὄντες, τυγχάνιν ἄπιςοι, λέγοντὸ δοκεῖν πεπονθέναι αὐτόν. S. Cyprianus ad Demetrianum. p. 195. *Quæ tunc erit fidei gloria, quæ pœna perfidiæ, quum judicii dies venerit, quæ lætitia credentium, quæ mœſtitia perfidorum*? Sulpitius Severus l. II. *Frequentibus Conciliis nihil actum, noſtris in fide manentibus, illis de perfidia non cedentibus.* Hilarius. *Eſt autem hæc perfidia, non fides* — Ita reliqui poſtea locuti ſunt. Epiphanius ἀπίσυς ϗ κακοπίσυς diſtinguit. 504. & ἀπίσους vocat Ἕλληνας ſeu *Gentiles*. Theodotus Ancyranus in initio, τὰ δ' ἀπιςίας ζιζάνια.

P. 2. v. 13. Τὸ δοκεῖν] Unde hi hæretici Δοκηταί. Eorum origo à Simone Mago. His autem maxime in Epiſcopatu infeſtus eſt S. Ignatius. Nam Menander, diſcipulus Simonis & Doceta, Ignatio Synchronus fuit. De eo Juſtinus Martyr paucis annis poſt Ignatii Martyrium: Μένανδρον ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον πολλὲς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἴδαμεν. Menandri diſcipulus erat Saturnilus, ut tradit Irenæus l. I. c. 22. & poſt eum Epiphanes, qui etiam docuit Salvatorem *putative viſum hominem*, & τὰ πάνλα ἐν τῷ δοκεῖν πεπιπκέναι. Sententiam Docetarum ita expreſſit Celſus apud Orig. p. 171. ἤτοι ὡς ἀληθῶς μεταβάλλει ὁ θεὸς εἰς σῶμα θνητὸν, ἢ αὐτὸς μὲν ἀ μεταβάλλει, ποιεῖ δὲ τὰς ὁρώνλας δοκεῖν. Heſychius, Δόκησις, τὸ μὴ ὂν νομιζόμενον, οἷον φανλασία. Optime Iren. l. I. c. 21. III. 17. 20. 32. IV. 60. & V. 1. Δόκησις & δοκήσεις. III. 19. *Mendaces oſtenſæ ſunt*

sunt universæ doctrinæ illorum, qui octonationes & quaternationes putativas adinvenerunt. Ita Interpres, qui Irenæum non intellexit: Græca enim verba sunt, ut ex Theodoreto patet, ϰ̀ δοκήσεις. Hier. in Isa. LIII. 4. *Qui vere languores nostros, & peccata nostra portavit, & pro nobis dolet, non putative,* i. e. οἰομένως, *ut vetus & nova hæresis suspicantur.* Quid οἰομένως, an Græcum? quæ illa nova hæresis?

P. 2. v. 14. Αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες] Ut ad Trallianos, λέγοντες τὸ δοκεῖν πεπονθέναι αὐτὸν, αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες. Acute. Hæc imitatus est Tertullianus, dum de Valentinianis agit: *Ita omnia in imagines vertunt, plane & ipsi imaginarii Christiani.* 300. D. Iren. l. III. c. 46. & IV. 60. Orig. in Jo. 60. D. οἱ δὲ ἀποστραφέντες τὴν τοῦ ὅλου μετοχὴν τῆς ἑνώσεως τοῦ ὅλου ἐγκύρασιν ἐκ ὄντες. Epiphanius de Aëtio, τὴν τῶν Θεῷ ἀνόμοιον Πατρὶ λέγων, σὺ ἀνόμοιος γέγονας, κληρωθεὶς τοῦτο τὸ ὄνομα.

P. 2. v. 16. Οὔσιν ἀσωμάτοις ϰ̀ δαιμονικοῖς] V. I. *daemoniacis*, male. Δαιμονιακὸς & δαιμονικὸς differunt. Δαιμονικὸς & διαβολικὸς, *diabolicus.* Jac. III. 15. ubi male Beza, *daemoniaca.* Orig. contra Celsum. l. VIII. p. 418. ὡς μοχθηρὸν ϰ̀ ἀσπὸς ϰ̀ δαιμονικὸν μᾶλλον ἢ ἀνθρωπικόν. Origenes seu Rufinus in procœmio lib. de Principiis, *In hoc libello incorporeum dæmonium dixit, pro eo, quod ille, quicunque est habitus vel circumscriptio dæmonici corporis, non est similis huic nostro crassiori vel visibili corpori.* Hieron. ep. 76. *Oppressa est ejus auctoritate & eloquentia, & in morem dæmonicorum Spirituum de terra loquitur.* Δαιμονιακὸς à δαιμονιάζω. Δαιμονικὸς à δαιμόνιον seu δαιμονίζειν. nam δαιμονίζεσθαι passive sumptum aliud. Matth. XII. 22.

P. 2. v. 18. Εν σαρκὶ] Hic intelligendum est pro ἔνσαρκον. Iren. 278. B. ἀφ' ὧν ἔνσαρκον ἀνάληψιν αὐτοῦ, ὃς ϰ̀ ἐν τῇ αὐτῇ σαρκὶ, ἐν ᾗ ϰ̀ ἔπαθεν, ἐλεύσεται.

P. 2. v. 19. Οἶδα] V. I. *Vidi.* Hesych. ἴδμαι, γινώσκω, οἶδα. Gloss οἶδα, *scio, novi, nosco. Scio,* ἐπίσταμαι, γινώσκω, οἶδα. *Certus sum,* πέπεισμαι, οἶδα. Hieronymus *vidi* etiam transtulit. Vulgatus Interpres, *novi*: rectius multo. Nam & Interpolator hæc retinuit. Rufinus *scio*, optime. Forte vetus Interpres Ignatii Hieronymo antiquior fuit, & illum in errorem duxit. Eusebius & Theodoretus οἶδα habent. Hæc autem mala interpretatio videtur profecta ex Joanne XX. 8. ϰ̀ εἶδε ϰ̀ ἐπίστευσεν. *Scio* Act. III. 16. τοῦτον ὃν θεωρεῖτε ϰ̀ οἴδατε. 1 Jo. IV. 16. Rom. XIV. 14. οἶδα ϰ̀ πέπεισμαι.

P. 2. v. 20. Τοῖς περὶ Πέτρον] V. I. *ad eos, qui circa Petrum.* Hieronymus in Catalogo, *ad Petrum, & eos qui cum Petro erant.* Mox Rufinus, *ad Petrum ceterosque.* Vulgatus Interpres, *ad eos qui cum Petro erant.* Græca locutio dubia. οἱ περὶ Πέτρον sæpe nihil aliud significat, quam Petrum ipsum: hic autem significat Apostolos, aliosque, qui tunc circa Petrum, συνθροισμένους τοὺς ἕνδεκα ϰ̀ συὺ αὐτοῖς. Luc. XXIV. 33. οἱ περὶ τὸν Παῦλον. Act. XXI. 8. V. Reines. p. 336.

P. 2. v. 22 Οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον] V. Orig. in procœmio l. I. περὶ ἀρχῶν. Justin. 267. A. δαιμόνια ἀσώματα. Clem. Alex. 791. C. b. Origenes Evangelium secundum Hebræos admittit & explicat. p. 58. D. in Jo. uti & Testamentum Patriarcharum, 77. E. quod *non contemnendam Scripturam vocat.* 78. D. Phrasis tralatitia ea ætate pro πνεῦμα. Luc. XXIV. 39. Act. XXIII. 8. 9. Hieronymus in procem. ad XVIII. l. in Esaiam: *Quum enim Apostoli eum putarent Spiritum, vel, ut juxta Evangelium Hebræorum lectitant, incorporale dæmonium:*

dæmonium: & rursus de Ignatio nostro & hac epistola differens, *in qua* &c. Optime Eusebius, ἐκ οἵου ὑπόδηλον τοῖς ἔμπροσθεν κέχρηται, *non novi, unde ista verba, dæmonium incorporale, sumpsit*: quia talis locutio in Evangeliis tarum nullo exstat. Hieronymus autem, qui Evangelium secundum Hebræos, quo utebantur Nazaræi, tum in Græcum, tum in Latinum Sermonem transtulerat, ex illo Evangelio testimonium hoc Ignatium transtulisse asserit. Sed quum illud Evangelium Hebraice tantum, non Græce, exstitisse ante ætatem Hieronymi videatur, aut certe illud, quo tum utebantur Nazaræi, quodque transtulit Hieronymus, interpolatum fuerit, quumque eadem verba in libello, qui Διδαχὴ Πέτρου dictus est, de eadem re exstarent, credibile potius est, hæc tria loca non ex libris aliquibus, sed ex historia verbis illis vulgo tradita desumi. Rufinus in procœmio libri περὶ ἀρχῶν. *Si vero quis volet nobis proferre ex illo libello, qui Petri doctrina appellatur, ubi Salvator videtur ad Discipulos dicere, quod non sit dæmonium incorporale.*

P. 2. v. 27. Συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν] Epiphan. in exposit. fidei. n. 17. Πέφηνε μὲν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐψηλαφήθη ὑπὸ τοῦ Θωμᾶ καὶ τοῖς Ἀποστόλοις· συνέφαγε καὶ συνέπιε καὶ συνηυλίσθη μεθ' αὐτῶν τεσσαράκοντα ἡμέρας. & in Panario, πίστεώς τε καὶ ἐλπίδος τῆ ἡμετέρας τῆ ὑπάρχουσιν ἐποιεῖτο δι' ἑαυτοῦ τὰ ὅλα τελείως, καὶ συναυλίζεται ὡ δοκήσει, ἀλλὰ ἀληθείᾳ. Qui locus à Petavio male versus, utpote mancus, & ex Anacephalæosi restituendus est.

P. 2. v. 28. Ὡς σαρκικὸς] Iren. l. V. c. 31.

Ibid. Καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένῳ τῷ Πατρὶ] Ut in epist. ad Magnesios, ἡνωμένῳ ὤν. Clem. Rom. ep. II. sect. IX. ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ κύριος, ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σὰρξ, εἰς δεύτερα σωτηρωθείς. Epiph. 547. 41.

P. 2. v. antepenult. Περφυλάσσω δὲ] In epist. ad Trallianos: περφυλάσσω ὑμᾶς· Clem. Alex. 802. D. ἢ ἀφ' ὧν μέλλουσι περφυλαξάμενοι. Euseb. l. III. c. 36. D

P. 2. v. penult. Θηρίων] Euseb. IV. c. 24. p. 146. A. οἱ πανταχόσε τῶν ἐκκλησιῶν ποιμένες, ὡσεὶ πῦρ ἢ δρᾶκα ἀχρεῖον τῆ τῶ Χριστῶ περβάτων ἀποσβοῶντες αὐτὸς ἀνέργον — Lactantius de persecutoribus, *exsecrabile animal Decius.* De Juliano hæretico à Xysto Pontifice dejecto Prosper Aquitanus in Chronico: *Et ita omnes Catholicos dejectione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tum primum superbissimam hæresin Apostolicus gladius detruncasset.*

Ibid. Ἀνθρωπομόρφων] Epiphan. Θηριόμορφοι, p. 52. 50. ὠριόμορφοι, 184. 8. Philo de Abrahamo p. 354. C. Δικαίῳ μὲν ἀδεκὸς ὄντος ἀνθρώπου, κυνικώτερον ἢ εἰπεῖν ἀνθρωπομόρφου θηρίου, μόνα δὲ, ὅσ ἂν ζηλωτὴς ἢ φιλοσοφίας. p. 350. E. ἀνθρωποειδὲς θηρίον. p. 366. A. ἀνθρωπόμορφον ἰδέαν· & de vita Mosis, ἀνθρωποειδῆ θηρία τῆ τῶ σώματος μορφῆ εἰς ἡμερότητος δόκησιν ὅτι θήρα καὶ ἁπάτη περβεβλημένοι. Vulg. Interpres, *hominum figuras habentibus.* Ita quidem origo hæc accipitur. Inde Ἀνθρωπομορφίται hæretici, qui Deum tanquam ἀνθρωπόμορφον sub figura hominis colebant. Hic autem loquitur de hæreticis, qui sub forma humana sive essentia naturam bestialem habebant: ut apud S. Paulum μορφὴ θεῦ & μορφὴ δέλυ duas essentias, divinam & humanam, significant. Μορφὴ enim proprie non est figura, sed forma: quam vocem Latini ab Æolibus acceperunt, apud quos μορφὰ Doricum erat φορμά. Æoles enim permutatione literarum gaudebant.

P. 3. v. 2. Περσεύχεσθε ὑπὲρ αὐτῶν] Oratio pro hæreticis, quam antiqua! Irenæus, l. III. c. 46. Talis oratio exstat in libris Sacramentorum quarta feria magnæ hebdomadis, & parasceve, p. 62, 63.

P. 3.

P. 3. v. 3. Οπερ δύσκολον] Iren. lib. III. c. 2. *Etenim si non facile est ab errore apprehensam resipiscere animam, sed non omnino impossibile errorem effugere, appositа veritate.* Pseudo-Tertullianus, vetus Auctor. l. 1.

Sed revocare pedem sævi latronis ab antro,
Dum spatium datur, & patiens pietate perennis
Facta per errorem miseris Deus omnia donat.

Ibid. Τότε δὲ ἐξουσίαν] Nullo modo communicandum Hæreticis docuit, donec pœnitentiam agerent, & sic, ut pœnitentes, admitterentur in Ecclesiam. Durum autem videri poterat, quod Catholici ad eorum pœnitentiam nihil agerent. Hoc igitur relinquendum esse Christo innuit, qui, uti nos ab illorum communione abstinere jussit, ita *habet*, inquit, *potestatem hujus*, dandi sc. illis pœnitentiam, ut recipiantur.

P. 3. v. 4. Τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν] In epist. ad Magnes. τῶ ἀληθινῶ τὸ πάντος ἡμῶν ζῆν. Infinitus pro substantivo. Lucian. 289. 25. 178. 8. & 48. ὥσπερ ἐκ ἐχόντων τὸ ἀληθινὸν φῶς, ὕτως δὲ τὸ ἀληθινὸν ζῆν. Orig. in Jo. 29. A. & 44. A. describit λόγον ἰδίαν πεῖραφλὼ ἔχοντα, οἷον πυγχάνοντα ζῆν καθ' ἑαυτόν· contra Celsum 86. B. 113. B. Artemidorus de patre, ὃς ἡ τῦ ζῆν, ἡ τῦ φωτὸς αἴτιος ὢν. l. I. c. 2. Idem de parentibus & præceptoribus, οἱ μὲν εἰσάγοντες εἰς τὸ ζῆν, οἱ δὲ ὅπως χρὴ τῷ ζῆν χρῆσθαι διδάσκοντες. l. II. c. 74.

P. 3. v. 14. Μᾶλλον δὲ ἐγνήσησεν] Hæc epanorthosis, ut μᾶλλον ἐπισκοπημένῳ in epist. ad Polycarpum. V. etiam 2 Tim. II. 12.

P. 3. v. 15. Συνήγορει] V. I. *Concionatores*, male. Interpolator pro ὅλες συνήγορει posuit σωτηρίου. Vulg. Interp. *consentiunt.* sc. Hæretici, qui pro veritate advocati esse deberent, quæ ducit ad vitam, facti sunt hæreseos patroni, quæ ducit ad mortem. Hæc mens Ignatii. Συνήγορει eligi solebant, ut & κλήνγορει. V. Harpocrat. & Suid. Gloss. Συνήγορος, *advocatus*, *rogatus*, *patronus.* συνηγορεῖν, *patrocinari.* Clem. Alex. 98. εἰ μὴ σφάλλομαι, ἐμαυτῶ σωτηρίαν. Orig. in Jo. 89. A. contra Celsum. p. 8.

P. 3. v. 19. Οὐδὲ τὰ ἡμέτερα τῆ καθ' ἄνδρα παθήματα] Interpolator, ἀλλ' ἐδὲ· minus recte, & pro τῆ καθ' ἄνδρα, τὰ κατ' ἄνδρες. Sed Leicestrensis codex retinet τῶν, & vetus Interpres Medicéi codicis plane repræsentat: *neque nostræ eorum, quæ secundum virum passiones.* Quæ interpretatio, quum valde obscura videretur, Glossator aliquis haud ineptus, ea ad marginem addidit, quæ ut & Usserio, ita & mihi non indigna videntur.

P. 3. v. 23. Σαρκοφόρον] V. I. *carniferum.* Christus dicitur σαρκοφόρος, σῶμα φορῶν· ut Orig. contra Cels. 340.

P. 3. v. 24. Νεκροφόρος] Dum vivit mortuus, ille νεκροφόρος. 1 Tim. V. 6. Apoc. III. 1. Matth. VIII. 22. νεκροὶ τοῖς ἑαυτῶν θάπτωσαν. Eleganter. Πτῶμα enim cadaver. Gloss. πτῶμα ὅτι νεκρός· ut apud Pythagoræos κενοτάφιον significavit. Orig. cont. Cels. 142. Marc. Anton. l. VI. §. 13. Sophocles in Antigone,

—— τὰς γὰρ ἡδονὰς
Οταν προδῶσιν ἄνδρες, ἐ πάθημ' ἐγὼ
Ζῆν οὔτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.

Clem. Rom. ep. II. p. 1. καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἀλλὰ ἐδὲν εἰ μὴ θανάτος.

Ibid. Ὡς νεκροφόρος] V. I. *existens mortifer*, male: potius *mortuum ferens*, aut

aut cadaver portans. Interpolator noſtro codici conſentit: ſed apud eum ὡς legiſſe videtur Interpres vulgatus pro ὢν, *ſicut mortuum bajulans*: & quidem apud Theodoretum, ὡς νεκροφόρον. Vera eſt Medicéi codicis lectio, vetus interpretatio fidelior, vulgata melior. Νεκροφόρος enim potius eſt *mortem bajulans*, quam *mortifer*, qui Ignatio noſtro θανατηφόρος eſt. Gloſſ. Θανατοφόρος, *letifer, mortifer.* Aliud θάνατος, aliud νεκρός. Onomaſticum vetus, *Veſpillo* νεκροφόρος, & *Pollinctor* νεκροφόρος. Gloſſarium Philoxeni, *Biſpello*, νεκροφόρος, & *Sandapila*, νεκροφορεῖον. Ubi etiam reperitur *Barginna*, νεκροφόρος. i. e. opinor, qui in *bargo* ſuſpenſos atque inde acceptos ad locum ſepulturæ portat. Unde verbum νεκροφορεῖν, ut à θεωρὸς θεοφορεῖν. Philo Jud. 988. A. Στέλλομαι γὰρ ὁ κακοδαίμων ἐγὼ τεῦχον τινὰ νεκροφορῶν, ὥσπερ εἰς ἧλιον. Sic Methodius apud Epiphanium de animis, δίκλω ὅπως ὧν ἔδρασαν νεκροφορῆσαι ἀπέχωσιν, p. 244. & 247. Orig. contra Celſ. 88. Chriſtus filium viduæ reſuſcitaſſe dicitur, σῆσαι τὸν φέροντας τὸν νεκρόν. i. e. τὸς νεκροφόρους. Breviter enim expoſuit illa S. Lucæ VII. 14. ἥψατο τῆς σοροῦ, οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν. De Maximino tyranno Euſeb. l. IX. c. 10. ὡς μηδ' ἄλλό τι νομίζειν τὸς παρόντας, ἢ τάφον αὐτῷ τὸ ψυχῆς γεγονέναι τὸ σῶμα, ἐν ᾧδη νεκρῷ καὶ παντελῶς ἀπηξιωμένῳ καθορωμένης.

P. 3. v. 25. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν] Statuit hic Ignatius nullum hæreticum nominare, quod *in aliis* etiam epiſtolis religioſe obſervavit. Nullius enim hæretici nominatim meminit. Unde apparet 1°. Interpolatoris inſcitia, qui in lacinia epiſtolæ ad Trallianos Menandri, Baſilidis, Theodoti, & Cleobuli diſerte meminit. 2°. Adverſariorum ἀπειρία, qui hæc vero Ignatio oppoſuerunt.

Ibid. Ὄντα ἄπιστα] Hic animadvertendus mos S. Scripturæ, qui, licet obſcure, hoc loco inſinuatur. Nam ἐγγράφειν ὀνόματα proprie & vulgari modo dicitur de ipſis virorum nominibus. Sed illud ὄντα ἄπιστα alium loquendi modum ſpectat, quo ὄνομα ipſam perſonam refert.

P. 3. v. antepenult. Καὶ τὰ ἐπουράνια] Phil. II. 10. *Cœleſtia.* V. I. *Supercœleſtia*, uti etiam in epiſt. ad Trallianos, quod eſt ὑπερουράνια. Orig. in Jo. 15. D. contra Celſum 288. 316. in Jo. 15. D.

P. 3. v. penult. Καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων] Forte ἄγγελοι τῆς δόξης. Epiphan. 541. ὅτε ἄγγελοι, ὅτε ἀρχαί. Rom. VIII. 38.

Ibid. Ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι] An qui apparere ſolent, & qui nunquam apparent?

P. 4. v. 2. Ὁ χωρῶν χωρείτω] V. I. *qui capit, capiat*: potius, *qui capax eſt, capiat.* Matt. XIX. 12. ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. Gloſſ. χώρησις, *capacitas.* Hoc ſenſu proprie dicitur de vaſis ſeu menſuris vel liquidorum vel aridorum ὁ χωρητικός. Orig. in Jo. 50. E. 66. D. ὡς ἕκαστος χωρεῖ.

Ibid. Τόπος μηδένα φυσιούτω] V. I. *Qualitate nullus inflatur.* Τόπος hic *locus* ſive officium Eccleſiaſticum, ſive ordo & gradus miniſterii: qui quidem ordo ideo *locus* dictus eſt, quia illis ordinibus diverſis diſtincta etiam loca in Eccleſia deſignabantur. Ante Ignatium S. Clemens Roman. 58. Iſte autem locus inſignis eſt, & maxime conſulendus. Non diu poſt acceptam hanc epiſtolam ita locutus eſt Polycarpus ad Philippenſes: *Nimis contriſtatus ſum pro Valente, qui Presbyter factus eſt aliquando apud vos, quod ſic ignoret*

ret is locum, qui datus est ei. Sic etiam Latini veteres post Ignatium nostrum locuti sunt. Cyprianus factiosos Presbyteros *nec Evangelii, nec loci sui memores fuisse* docet. Epist. X. & Diaconum Rogatiani Episcopi contumeliosum accusat, quod *immemor Sacerdotalis loci, & officii, ac ministerii sui oblitus esset.* Epist. LXV. ubi *Sacerdotalis locus* est ordo Episcopalis, qui Rogatiano competebat. *Talis*, inquit, *locus, seu ordo, aut gradus, aut dignitas, sive Diaconi supra Laicos, sive Presbyteri supra Diaconos, sive Episcopi supra Presbyteros,* μηδένα φυσιᾶτω, *neminem inflet.* Vox hæc φυσιῶν sæpius nostro usurpata est, dum inculcatur admonitio illa maxime necessaria, ut, dum quemque loci sui dignitatem tueri oportuit, nemo tamen inde aliquid sibi superbe arrogaret, aut putaret se majorem esse, quam revera sit. Φυσιώσεις. 2 Cor. XII. 20. Iren. l. IV. c. 44. *principalis confessionis tumore elati.* MS. *concessionis*: unde legendum puto, *confessionis*, ut *principalis confessio* nihil aliud sit, quam πρωτοκαθεδρεία; & ita Irenæum scripsisse existimo. 1 Cor. XIV. 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, scil. Laici, quod subinnuit alios fuisse locos Cleri.

P. 4. v. 5. Ετεροδοξίας] Ετερόδοξοι, vox Origeni familiaris, in Jo. 14. D. 79. E. de Gnosticis 91. E. 114. C. de Valentinianis & Marcionitis 74. C. & sæpe alibi. Clem. Alex. ἡ τῶν ἑτεροδόξων διδασκαλίας ἔκθεσις. 805. B.

P. 4. v. 7. Τῇ γνώμῃ τοῦ θεοῦ] V. I. *Sententiæ Dei*: ut in ep. ad Romanos versus finem. Apoc. XVII. 17. Iren. l. IV. c. 71. Βίᾳ θεῷ ὁ φεύγειν, ἀγαθῇ δὲ γνώμῃ πάντοτε συμπάρεισιν αὐτῷ.

Ibid. Οὐ μέλει αὐτοῖς] Hinc Polycarpus ad Philippenses, ὀπισθεπλόμβοι πάντας ἀδυνάτους, μὴ ἀμελοῦντες χήρας, ἢ ὀρφανοῦ, ἢ πένητος. De Valentinianis p. 93. Παρ' οἷς οὐκ ἔλεος, ἐκ οἵκλου διάκρισις. De Manichæis Athanasius epist. ad Solitarios. 851. C. Παρὰ Μανιχαίοις γὰρ ἔλεος οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἐχθρὸν ὅτι παρ' αὐτοῖς τὸ ἐλεεῖν πένητα.

P. 4. v. 9. Θλιβομένῳ] Barnabas Ep. p. 226. ἀπορεφόμβοι δὲ ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες δὲ θλιβόμβον. Describit Gnosticum suum Clem. Alex. l. VII. Αμέλει θλιβόμβον ὀπικρίζει ὀφθαμμιδίαις, παραινέσει, τῶν βιωτικῶν χρείας ὀπικρᾶν· ubi τὸ καταπονεῖν apud Barnabam τὸ ὀπικρίζειν apud Clementem opponitur. Fragmentum secundæ epist. Clementis Romani apud Cotelerium p. 183. κὴ πλέστος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔθλιψε. Hermes apud Coteler. p. 96. & 101. ἀνήσασθαι τὰς θλιβομβίας ψυχάς. Interp. *redimere animas à necessitatibus.* Ἴσ. ὑνήσαῶς· ὅτε φορτικὸν ἴδιν ἔχων δὲ πατέρα, ὅτε ὑπὸ πενίας θλιβόμβον. Artemid. l. III. c. ult. Θλιβόμβοι, οἳ ἐν θλίψει. Jac. I. 27. ὀπισκέπτεῶς ὀρφανὸς, κὴ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν. Ecclesia enim antiquitus viduas & indigentes seu infirmos publico sumptu alebat. Cornelius Episcopus Romanus epist. ad Fabium Episcopum Antiochenum docet suo tempore in Romana ecclesia χήρας σὺν θλιβομβίοις ὑπὲρ τὰς χιλίας πυλακοσίας, *quibus universis*, inquit, *gratia & benignitas Dei alimenta suppeditat.* Euseb. l. VI. c. 43. Inde Valesius satis probabiliter in epistola Cleri Romani Clerum Carthaginiensem de secessu Cypriani pro *clydomeni* legit *thlibomeni*. Hi sunt, opinor, quos Apostolus Paulus appellat Act. XX. 35. ἀδυνάντας, *debiles & infirmos*: & huc pertinet illud, Rom. XII. 13. τῶν χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες.

P. 4. v. 12. Εὐχαειστίαν] V. Iren. l. IV. c. 34.

P. 4. v. 15. Ἐν χρηστότητι] V. Iren. l. V. c. 11.

P. 4. v. 17. Ἀγαπᾷν] videtur significare ἀγάπην ποιεῖν, *agapen celebrare, & Eucharistiam percipere*: unde Resurrectio? Sed cogita. Forte *acquiescere.*

P. 4. v. 18. Πρέπον ἐν ὄζιν] Matth. III. 15. 1 Cor. XI. 13.

Ibid. Ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων] Voce ἀπέχεσθαι utitur Apostolus semper de rebus malis: hic autem de personis Hæreticorum, à quibus fideles abstinere vult. Unde postea à Latinis excommunicati dicebantur *abstenti.*

P. 4. v. 19. Καθ' ἰδίαν] V. I. *Seorsum*, privatim. Phrasis, Evangelistis præsertim, usitatissima. Sequitur S. Paulum.

Ibid. Περὶ αὐτῶν] V. I. *de ipsis.* Interpolator, μετ' αὐτῆς· ut sensus clarior. An spectat ad συλαλεῖν per tmesin? Sic alibi συλὲ αὐτῆς ὁμιλίαν μὴ ποιεῖν. A Rustico didicit Marcus Antoninus μὴ τοῖς συλαλοῦσι συγκατίθεσθαι. V. Orig. in Jo. 31. E. in Matt. 341. C.

P. 4. v. 20. Κοινῇ] V. Lysiam apud Athen. 534. F.

Ibid. Προσέχειν δὲ] Pulchra ἐναντίωσις. ἀπέχεσθαι, *abstinere* ab hæreticis jubebat: προσέχειν, *adhærere, attendere* Prophetis & Evangelistis jubet. Quæ vox etiam apud Apostolos frequens.

P. 4. v. 21. Τῷ Εὐαγγελίῳ] An unum tantum Evangelium viderat?

P. 4. v. 28. Ὡς θεοῦ ἐντολὴν] *tanquam Dei præcepto institutos*, ut in epist. ad Trallianos.

Ibid. Χωρὶς τοῦ ὀπισκόπου] V. I. *sine episcopo*, quod est ἄνευ. non satis plene. *Separatim ab Episcopo, vel seorsim.* χωρὶς & ἄνευ de eadem re, ubi Interpres tantum *sine* habet. Χωρὶς nunc ut adverbium, nunc ut præpositio Græcis usurpatur. Ubi adverbium est, clare *separationem* indicat: sed & eadem significatio est, ubi loco præpositionis ponitur. V. Gatak. Misc. p. 2. 3. ubi ex loco Xenophontis hæc optime explicantur. Jo. XV. 5. χωρὶς ἐμοῦ, ad quem locum vide Bezam.

P. 4. v. 29. Τῶν ἀνηκόντων] V. I. *quæ conveniunt in Ecclesiam.* Rectius vulgatus, *quæ ad Ecclesiam* pertinent. Barnab. 247. Clem. Alex. 633. D.

P. 5. v. 1. Ἡ καθολικὴ ἐκκλησία] *Catholicæ cognomen, quando primum adhæserit Ecclesiæ Dei, difficile est dicere*, inquit Valesius ad Euseb. *Prima illius mentio in Polycarpi martyrio sub Marco Antonino, secunda in passione Pionii sub Decio*: male. Hæc ab eo observatio facta est, priusquam verum Ignatium viderat. Nam Interpolator alio hæc traxerat.

P. 5. v. 3. Οὔτε ἀγάπην ποιεῖν] *Agapen facere.* De Eucharistia intelligere videtur, ut & Interpolator, qui pluribus verbis reddit, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν παρασκευάζειν, οὔτε ὅλως ὅλην τελεῖν. Sed de Eucharistia antea locutus est. Videtur igitur solennem cœnam significare, qua se excipiebant Christiani. De his cœnis Judas Apostolus. Clem. Alex. 430. C. Tertull. Apolog. C. XXXIX. Faustus Manichæus apud August. l. XXV. c. 20. Canon. XI. Concilii Gangreni. Salmasius ex hoc loco mire concludit, agapas invaluisse ad finem secundi seculi; in Apparatu.

Ibid. Ἀγάπην ποιεῖν, ut ὅλην ποιεῖν. Luc. V. 29. & XIV. 13. Ita Interpolator, & Constit. l. II. c. 28.

P. 5.

P. 5. v. 8. Καλῶς ἔχει] V. I. hæc non habet, & Interpolator præteriisse videtur.

P. 5. v. 18. Φίλωνα] Nomen viri ubique obvium. Philo ex Cilicia, Agathopus è Syria per Philadelphiam.

Ibid. Καὶ Ρέον τὸν Ἀγαθόπουν] Lege Ρέων Ἀγαθόπουν: ut in epistola ad Philadelph. ὁμοῦ Ρέῳ Ἀγαθόποδι. Sunt duo nomina unius viri. V. I. *& Reum & Agathopedem, male:* nec enim & ibi habetur. Certe duos tantum nominat Ignatii Simia. Sic apud Clementem Romanum ad finem epistolæ quinque personæ ex mala interpunctione exhibentur, quæ tres tantummodo fuere. Τὸν δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ' ἡμῶν, Κλαύδιον, Ἔφηβον, τὸν Οὐαλέριον, Βίτωνα, σὺν τῷ Φορτουνάτῳ. Nam Κλαύδιος Ἔφηβος, Οὐαλέριος Βίτων duo tantum sunt. Ultimum καὶ addidimus ex MS. Clem. Alex. Strom. l. III. p. 450. Οὐαλεντῖνος δὲ ἐν τῇ πρὸς Ἀγαθόποδα ἐπιστολῇ. Verisimile est ad hunc Agathopum scriptam fuisse illam Valentini epistolam. De Philone & Agathopede V. Martyrologium Romanum ad April. XXV. Agathopus nomen non infrequens apud Græcos & Romanos. Inter Olympionicas Ἀγαθόπους Αἰγινήτης στάδιον. 238. & 239. Inscript. MSS. ΑΓΑΠΟΥΣ ΕΥΦΗΜΟΥ, lege Ἀγαθόπους Εὐφήμου. Spon. 57. Ἀγαθόπους Εἰσιδώρου Ἀφι. i. e. Agathopus Isidori filius, Aphidnæus. 51. Ἀγαθόπους Γοργίου. 162. Agathopus Diaconus Martyr Thessalonicensis in Synaxario Basilii. Apud Latinos in Inscriptionibus Gruteri. Agathopus Augg. Lib. Invitator. 605.5. Reines. Agathopo, Successo, & Nicandro 590. Agathopus Lib. 591. 698. Agathopus, Silvanus, Callistus. in inscript. Reinesii non raro. Nec videtur aliud nomen fuisse, quod in inscriptione de domo Vespasiani cuditur Agatophus. L. Cassius Agatophus. P. Licinius Agatophus. Agathopus idem nomen Græce, quod Namphanio Punice. Præclarus Martyr apud Afros erat, cujus meminit Maximus Madaurensis in epistola ad S. Augustinum ep. XLIV. *Namphanio quid aliud significat, quam boni pedis hominem, i. e. cujus adventus afferat aliquid felicitatis? sicut solemus dicere, secundo pede introïisse, cujus introitum prosperitas aliqua consequuta sit.* Quem locum explicat Petitus Misc. l. 3. c. 3.

P. 5. v. 22. Ἀναπύσατε] *Consolati estis.* Euseb. 92. A. Orig. in Jo. 268. D. Ἀνάπαυσις αἰώνιος. Heracleon apud Orig. in Jo. 280. D. in Matt. 384. E. ἐν τῇ ἀναπαύσει τῶν θείων Φιλοσόφων. 394. E. Matt. XI. 28. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. V. Int. *& ego reficiam vos.* Opus imperfect. *& ego reficiam vos, id est, repausabo.*

P. 5. v. 24. Ἀντίψυχον] V. I. *Conformis animæ vestræ Spiritus meus*: haud bene. Melius Vulgaris, *pro animabus vestris Spiritus meus.* Sæpius hac voce utitur Ignatius: at in epist. ad Polycarpum V. I. mire reddidit, *refrigerium.* quasi esset ἀνάψυχον· quod tamen minime Græcum est.

P. 5. v. 25. Ὑπερηφανήσετε] Ὑπερηφανέω & ὑπερηφανάω, voces à LXX. usitatæ. Clem. Alex. 36. C 367. D. Orig. in Jo. 12. D. Hinc expendendus Origenes contra Cels. p. 412. De hac voce Suidas, Ὑπερηφανῶ αἰπαλικῶς, accusativo gaudet]: addens postea, ὑπερειδεῖν, τὸ καταφρονεῖν γενικῶς. Idem, ὑπερειαζομένους, ὑπερηφανευομένους ——.

P. 5. v. 29. Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ Συρίας] Ut distinguatur à reliquis ejusdem nominis urbibus, quæ plures erant: at hæc earum, ut loquitur Stephanus, πρώτη. Ἀντιόχεια δέκα πόλεις ἀναγράφονται· decem sc. urbes eo nomine insignitas invenerat ἐν ἀναχαφαῖς,

φᾶς· εἰσὶ δὲ, inquit, πλείους. Ipse sc. plures observaverat, & tredecim enumerat, ut nunc editur. Addenda autem est decima quarta ex MS. veteri, ιδ' Ισαυείας ἡ Λαμωτὶς λεγομένη. Appianus etiam tradit sedecim Antiochias ab uno Seleuco conditas esse in memoriam Patris sui. Πόλεις δὲ ὠκισεν ὅσῃ τὸ μῆκος τῆς ἀρχῆς ὅλης ἑκκαίδεκα τῇ Ἀντιοχείας ὅσῃ πρὸ πατρὸς. Syriacis p. 86. Recte etiam Antiochia Syriæ dicitur, ut non solum distinguat ab illa Antiochia, quæ in ipsa Asia Lydiaca sita est, & Stephano dicitur Ἀντιόχεια Λυδίας, & Phlegonti ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ· unde in veteri nummo Ἀντιοχέων Μαιανδρος, ut observavit Holstenius, sed etiam ab earum una, quæ in ipsa Syria fuit, sed non ejusdem famæ, quæ dicebatur *Antiochia ad Euphratem*; hæc autem *ad Daphnum aut ad Orontem*, dicta est *Antiochia Syriæ*, non tantum, quia in Syria sita est, sed quia Syriæ metropolis fuit, quam Strabo *caput Asiæ*, Marcellinus *pulchrum Orientis apicem* vocat. Stephanus. Δάφνη, προάστειον ὀψιμώτατον τῆς Ἐδέσσης Ἀντιοχείας μητροπόλεως. Hic quidem Ignatius non dicit, sed indicat se fuisse episcopum Antiochiæ, & ibi in vincula conjectum, ad Troadem jam perductum esse. Sed in epistola ad Romanos vocat seipsum diserte τὸν ἐπίσκοπον Συρίας, quod idem & aliquid majus significat. Et certe veteres omnes tradunt eum Episcopum Antiochiæ fuisse: & quia constat, tum Petrum, tum Paulum Antiochiæ versatos esse, ideo ab Apostolis ordinatum fuisse aliqui tradunt. quod non est perinde certum.

P. 5. v. 32. Κατὰ θέλημα] Absolute pro *voluntate Dei*, ut in epist. ad Polycarp. ὡς τὸ θέλημα προσάῃς· & propius ad hanc rem in initio epist. ad Romanos. Certe Interpolator hoc loco habet θέλημα τοῦ θεοῦ· & ita V. I. in suo codice legisse videtur. Quære an respexerit 1 Cor. XVI. 12?

P. 6. v. 4. Χειροτονῆσαι] 2 Cor. VIII. 19. Πρεσβεύσαι, οἱ τὰς πρόσοδους χειροτονοῦντες καὶ πέμποντες. Thomas Magister.

P. 6. v. 5. Θεοπρεσβευτῷ] *V. I. Deo venerabilem*, subaudi, *virum*. Nam in MS. legitur Θεοπρεσύτην per duplex υ· ubi prius υ pro β ex pronunciatione Græcorum ponitur. Voluit igitur Θεοπρεσβυτὴν vel Θεοπρεσβευτήν. quod certissimum. Nam & eadem vox ab Interpolatore hic retinetur, & in genuina ad Philadelphenses epistola à Troade eodem tempore scripta sic explicatur: χειροτονῆσαι ἄξιόν ἐστι τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ θεοῦ πρεσβείαν. Πρόσβευτὴς vox Attica in numero singulari. Thomas Mag.

P. 6. v. 6. Οτι εἰρηνεύουσιν] De tempore differendum contra Baronium & Halloixium. An tempore terræ-motus?

P. 6. v. 16. Ασπάζεται] Imitatio Apostolorum, præcipue S. Pauli, cujus epistolæ salutationibus plenæ sunt. 1 Cor. XVI. 20. Ασπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες. Phil. IV. 21, 22. Tit. III. 15. Gloss. Ασπάζομαι, *saluto*, *amplector*. *Salutat*, Ασπάζεται. *Salutatio*, ἀσπασμὸς. Insignis salutatio Caldonii Episcopi inter Cyprianicas XXIV. *Salutate nostros*, *vos nostri*. an *vestros*?

Ibid. Η ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν] i. e. ἀδελφοί. 1 Cor. XVI. 20. Phil. IV. 21. Tit. III. 15.

P. 6. v. 17. Εν Τρωάδι] Ex Syria per Troadem iter. Lucianus p. 392. de seipso, Ηκον ἀπὸ Συρίας, ὡς ἀπὸ Τρωάδος συμπλεύσαιμι αὐτῷ. sc. Peregrino Philosopho ad Olympia. De Troade V. Stephanum.

P. 6.

P. 6. v. 19. Οτι κατα] Os pro ὅτι ex MS. posuimus, cui consentit V. I.

P. 6. v. 26. Εν ὀνόματι] Hæc in textum ex margine primo irrepsisse videntur: ubi vel ut glossema, vel ut varia lectio, aut correctio habebatur: nam paullo ante dixerat, ἐν ὀνόματι. Certe hæc non agnoscit V. I. & plane superflua sunt.

P. 6. v. antepenult. Ασπάζομαι τὰς οἴκας] Οἴκας vocat, quos S. Paulus nunc οἴκους, nunc οἰκίας nominat: familiæ autem quæ intelligantur, explicat, σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις. Hinc lux illi loco 1 Cor. I. 16. ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον· i. e. non tantum Stephanum, sed omnes, qui ad ejus familiam pertinebant. Ασπασμὸς videtur esse tum salutatio propter salutem, tum valedictio. Artemid. l. II. c. 2. Ασπάζεσθαι δὲ τὰς συμπύκτας, καὶ παρασαλπεύειν, καὶ καταφιλεῖν, ἀγαθόν. Salutationes signa communionis Ecclesiasticæ: unde Lucianus Confessor inter epistolas Cypriani XXII. *Saluta Numeriam & Candidam.*

P. 6. v. penult. Τὰς παρθένες τὰς λεγομένας χήρας] Gloss. χήρωσις, *viduitas, cœlibatus*: χηρεία γυναικὸς, *viduitas*. χηρεία ἀνδρὸς, *cœlibatus*. Harmenopulus l. VI. tit. de V. S. Seneca in Agamemnone,

Ante te morantur virgines
Viduæ domi.

Tertull. de velandis virginibus c. 9. *Plane scio alicubi virginem in viduatu ab annis nondum viginti collocatam*: qua de re queritur.

P. 7. v. 2. Τὸν οἶκον Ταουΐας] V. I. *domum Thaviæ*. Vulg. legit Γαυΐας· quumque Γ & Τ. tam similes literæ sint, & in MSS. sæpe confusæ reperiantur, dubitari non immerito potest, an mulieris hujus nomen Gavia fuerit, an Tavia. Mihi Gavia potius fuisse videtur. De Gavia enim sæpe legimus, de Tavia non item. Reines. 664. 671. 693. 743. Gavia mater & filia. Gavia Gorgonia. Gruter. 1031. 8. Gavia filia Gavii Daphni. Reines. 693. & 664. Gaviæ Domatæ vel Donatæ, filiæ dulcissimæ. *Gavius Quinctilianus. Gavius inter Græcos nomen tritissimum.*

P. 7. v. 4. Αλκιμω] Cujus quoque meminit in epist. ad Polycarpum. Inscript. XXXII. in appendice Marm. Oxon. Αλκὴ Τειμοκράτους τοῦ Απόλλω. Inter Latinos Grut. Inscript. 310. 4. *Alce fecit.* Alce nomen erat cujusdam feminæ, quæ tricesimo plus minus abhinc anno Smyrnæ vixit, & soror erat Nicetæ, quem certum est hoc ipso tempore Ignatii vixisse, & patrem fuisse Herodis, qui tunc Smyrnæ Irenarcha fuit, (De Niceta Smyrnæo V. Reines. 609. qui eum ante vixisse vult) quum S. Polycarpus passus est, A. D. CXLVII. Quæ quidem eadem esse potuit cum hac nostra: nam Christiana inde fuisse videtur, quia Acta eam honoris causa nominant. Quum enim Acta illa Polycarpi prius Herodem, & patrem ejus Nicetam, memorassent, postea addunt, κατέβαλον γὰρ πάντα Νικήτου τοῦ Ηρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Δάλκης, ἐντυχεῖν τῷ ἡγεμόνι· ubi hæc femina corrupte Dalce nominatur: qui quidem vetus error est. Sic enim locus ille à Rufino translatus est: *Instigabatur autem Nicetas, Herodis pater, frater autem Dalcæ, adire judicem.* Varie autem corrupti sunt hi codices; quum unus Δάλκης, alius Δάϊκης habeat, ut testatur Valesius. Sed codex Actorum Usserii recte habet, ἀδελφὸν δὲ Αλκης, & vetus illorum Actorum Interpres, *fratrem vero Alces*: & codex MS. Savilii pariter, ἀδελφὸν δὲ Αλκης.

p. 72

Αλκης. Idem igitur nomen fuit, si non & eadem femina, ratione cujus, utpote Christianæ, frater ejus Nicetes interceſſerat pro Polycarpo.

P. 7. v. 5. Τὸ ποθητόν μοι] MS. μϵ· & ita etiam in epist. ad Polycarpum editum est. Phil. IV. 1. Ἀδελφοί μϵ ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι.

Ibid. Καὶ Δάφνον τὸν ἀσύγκριτον] V.I. ita legebat, *& Daphnum incomparabilem.* Inscrip. apud Grut. 780. A. Fabius Daphnus. 1077. C. Cornelius Daphnus. Reines. L. Valerius Daphnus, 589. bis. Ti. Claudius Daphnios pro Daphnus. 640. Daphnus enim vulgare nomen erat ea ætate, ut multæ aliæ Inscriptiones apud Grut. ostendunt. 654. 1. Daphno Sumptuario. 333. 5. Daphnus Imp. T. Cæs. Aug. Vespasiani Ser. Pecul. 1069. 8. Inscript. de domo Vespasiani. 240. Qu. M. Cœlius Daphnus. A. Cascellius Daphnus. P. Faunius Daphnus. Inter Deipnosophistas Athenæi numeratur Daphnus Ephesius. Ἀσύγκριτος S. Paulo viri nomen est. Rom. XVI. 14. hic autem epithetum esse articulus Daphnum sequens indicat, & *incomparabilem* significare videtur: ad Latinæ linguæ phrasim accommodatum. Græci enim veteres aliter eam vocem usurparunt. Hesych. Ἀσύγκριτον, ἀνόμοιον, ὑπερέχον. Glossa vero, Ἀσύγκριτος *incomparabilis*. Epiphan. 418. & 413. Hermes p. 50. ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔστω. Versio Latina, *& omne negotium tuum erit incomparabile.* Vox hæc in Latinis inscriptionibus frequenter occurrit. Gavius Leo filio incomparavili Pompeio. V. pro B. Reines. 919. Marito incomparabili, 728. 1022. Patri incomparabili, 710. Animæ incomparabili, 748. Conjugi incomparabili, 423. 429. 574. 701. 711. 730. 732. Amico suo incomparabili, 425. Conjugi karissimæ & incomparabili, 563. Filiis incomparabilibus, 656. 664.

P. 7. v. 6. Ἐξόδῳ] Solennis formula. Ita Apostoli Act. XV. 29. V. Artemid. l. I. c. 85.

ANNO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [120] - 22
PUBLIC DOMAIN

ANNOTATIONES
D. JOANNIS PEARSONI
IN
EPISTOLAM
AD POLYCARPUM.

Pag. 7. v. 12. Μαλλον δὲ ἐπεσκοπημένῳ] Pulchra Epanorthosis & plane Apostolica. Galat. IV. 9.

P. 7. v. 14. Ἀποδεχόμενος] V. I. *acceptans*, Vulg. *suscipiens*. Gloss. Ἀποδέχομαι, *probo, acceptum habeo, comprobo. Comprobat*, ἀποδέχεται.

Ibid. Τὴν ἐν Θεῷ γνώμην] Ut in epist. ad Romanos, τὴν εἰς τὸν Θεὸν μου γνώμην. V. I. *sententiam*. Ita quidem Glossographi.

P. 7. v. 16. Τὸ πρόσωπόν σου] Nunquam igitur ante viderat Polycarpum.

Ibid. Οὗ ὀναίμην ἐν Θεῷ] V. I. *qua fruar*. Vulg. *quam acquisivi*. Phrasis Apostolica. Ad Philem. v. 20. Ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. Theophylactus, Ἀπολαύσαιμι τῶν σῶν χαρίτων. Idem locus apud [a] Hesychium plenius explicatur: Ὀναίμην, τύχοιμι, ἀπολαύσαιμι, ὠφεληθείην. & rursus, Ὀναῖτο, ἢ ὄναιτο, ὠφεληθείη. Sed pro ὄναιτο legendum ὀναίατο, ut res ipsa postulat, & sine dubio respexit Hesychius locum Sophoclis. p. 91. Frequens apud veteres hujus vocis usurpatio: ut in [b] Vindiciis ostendi. Post Ignatium statim alii usurparunt; ut Valentiniani. Ὀναίμην τῶν ὀνόματός σου, σωτῆρ ἀληθείας. Iren. l. I. c. 18. Interpres, *Fruar nomine tuo, Salvator veritatis*. Lucianus, 250. 43. Ὀναιο δὲ τέκνων τῶν καλῶν ἔργων.

P. 7. v. 18. Ἣν ἐνδέδυσαι] V. I. *qua indutus es*. Ita Græci, qui hanc loquendi formam à Latinis accepisse videntur. Imitatur autem S. Paulum, qui voce ἐνδύω & ἐνδύομαι hoc sensu sæpe utitur. Ephes. VI. 14. Colos. III. 12. Vide etiam Luc. XXIV. 49. Quære, an Græco more ἣν ἐνδέδυσαι pro ἐμοῦ.

P. 7. v. 19. Προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου] V. I. *Apponere cursui tuo*. Vulg. *Adjicere ad cursum tuum*. Πληρῶν τὸν δρόμον, Act. XIII. 25. Τελειοῦν τὸν δρόμον, Act. XX. 24. 2 Tim. IV. 7.

P. 7. v. 20. Ἐκδίκει σου τὸν τόπον] Pulchra hortatio & modesta. Clemens Romanus ad hæc alludit, p. 58. 7. & planius p. 53. 9. V. I. *Justifica locum tuum*. Gloss. Ἐκδικῶ, *vindico, defendo, ulciscor*. Τόπος autem locus, quem

a. Vide etiam Hesychium & Suidam in Ἰγώ. b Parte II. cap. 15.

habuit

habuit in Eccleſia, ſc. Epiſcopatus. Hortatur igitur Polycarpum, ut locum & dignitatem officii ſui tueatur & defendat; eaque, quæ ad ſedem ſuam pertinebant, vindicet. Ita Origenes in Matth. p. 279. Επεὶ δὲ ἡ τόπον ἐπισκοπῆς ἐκδικοῦντες, χεῶνται τῷ ἔητῷ ὡς Πέτρῳ ..... λεκτέον, ὅτι ὑμεῖς λέγετε. Novatianus, ut ſcribit Cornelius, Epiſcopos tres μὴ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τινι καὶ μαλακῇ χειροθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι, ἵνα ἑνέδρα καὶ πανουργία μὴ ἐπιβάλλεσαν αὐτῷ ἐκδικεῖν apud Euſeb. H. E. lib. VI. c. 43. Imo idem Novatianus ſeipſum ἐκδικητὴν εὐαγγελίου vocabat. Ita apud Latinos veteres *locus* nominatur. Cyprianus Epiſt. XVI. *Quando aliqui de Presbyteris nec Evangelii nec loci ſui memores*: & paullo poſt, *memores loci noſtri.* Epiſt. XV. initio, *Sollicitudo loci noſtri.* Epiſt. III. de Diacono, *Immemor ſacerdotalis loci tui & officii, ac miniſterii ſui oblitus.* Epiſt. XL. de Numidico Presbytero: *Promovebitur quidem, quum Deus permiſerit, ad ampliorem locum religionis ſuæ.* h.e. ad Epiſcopatum. Ambroſiaſter, vetus Auctor, *Scholæ enim ſunt, quæ poſitis in ſe dant dignitatem, ut loci honor faciat glorioſum, non propria.* Ad cap. XII. primæ ad Corinth. Alexander Epiſcopus Hieroſolymitanus ante Cyprianum in epiſtola ad Antinoitas apud Euſeb. l. VI. c. 11. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος, ὁ καὶ ἐμοῦ δέκτων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνδάδε. Opus imperfectum Hom. XLIII. p. 695. A. *Cathedra non facit Sacerdotem, ſed Sacerdos Cathedram. Non locus ſanctificat hominem; ſed homo locum.* Hæc in Didaſcalia primo, poſt in Conſtitut. lib. II. c. 2. ὁπότε χειροτονίαν λαμβάνων καθίζεται ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἐπισκοπῆς — Epiphanius. p. 386. 42. Οὕτω καὶ ἐκεῖνο καιρὸν ἦσαν οἱ τόποι. Plinius Panegyrico: *Nemo eſt ergo tam tui, tam ignarus ſui, ut locum iſtum poſt concupiſcat.* Salmaſius de Epiſcopatu ſive officio Epiſcopi iſta affert ex Heſychio, Επισκοπὴ, ἐκδίκησις, ut probet, Epiſcopatum *nihil aliud eſſe, quam patrocinium & protectionem eorum, qua ſibi ſubjectos quis defendat ac tueatur.* Sed argumentis ad eam rem probandum ſe deſtitutum eſſe ſignificavit, quum hoc utebatur. *Non enim Heſychium intellexit, qui* vocem propheticam hic, ut multas alias alibi, exponit. פקוד nunc ἐπισκοπὴ, nunc ἐκδίκησις à LXX. transfertur: unde orta eſt illa expoſitio. Neque enim unquam Epiſcopi officium dicitur ἐκδικεῖν fideles, ſed locum ſuum ἐκδικεῖν. Ita Polycrates apud Euſeb. l. V. c. 24. ἀπειμὶ γὰρ ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ἐπισκοπῇ, i. e. ἐκδίκησιν. Antiochus homil. CXI. ὠφελείας διόρθωσις ἡμῖν ἔδωκε παρ' αὐτῷ ἐκδικεῖν αὐτῶν τὸν τόπον. An ἀφελείας? V. quoque Iſidor. Peluſ. l. II. ep. 52.

P. 7. v. 26. Ακοίμητον] Cyrilli Lex. Ακοίμητον, ἄπαυστον. Gloſſ. Ακοίμητον *indormis.* Apud Damaſcenum legitur ἀκοίμητον ὄμμα· quod idem eſt. Intelligit enim ὄμμα τῆς ψυχῆς, ut Iſidor. Peluſ. l. III. ep. 324. Inde poſtea Monachi quidam dicti ſunt ἀκοίμηται, de quibus videndus du Freſne voc. *Acœmiti.*

P. 7. v. antepenult. Κατὰ βοήθειαν] V. I. *ſecundum conſuetudinem.* Non igitur βοήθειαν, ſed ὁμοήθειαν legebat: ut ad Magneſ. ὁμοήθειαν θεοῦ vertit *eandem conſuetudinem Dei.* Vetus igitur lectio hoc loco videtur eſſe ὁμοήθειαν quæ vox ab Interpolatore retinetur. ϛ & μ in MSS. ſæpe vix diſtingui poſſunt: ſed repudianda prorſus verſio. Philoſtratus in vita Apollonii. Ανέχεται τὰ ἐκ τῶ ἀνθρώπε πάντα, καὶ ὁμοήθειαν ἐπιτηδεύει πρὸς αὐτόν. Clem. Alexandr. 745. A.

Ibid.

Ibid. Πάντων τὰς νόσους βαστάζει] Quid est βαστάζειν τὰς νόσους, vide Matth. VIII. 17. ex Isaia, secundum Hebr. non LXX. unde fortasse colligi potest, S. Matthæum Hebraïce scripsisse. Grotius ad locum, Ἐβάστασε *portavit, abstulit interpretatur Tertullianus.* minime gentium. Sic enim Tertull. l. 3. adversus Marcionem c. 17. *Ipse enim imbecillitates nostras abstulit, & languores portavit.* Ἐβάστασεν igitur Tertullianus, ut alii, *portavit*, non *abstulit*, interpretatus est: *abstulit* autem posuit pro ἔλαβε.

P. 7. v. penult. Ὡς τέλειος ἀθλητής] Polycarpum ut *Athletam* hortatur, & quidem perfectum, sive pancratiasten, sive pentathlon: unde τέλειον & τελειότατον γυμνάσιον apud Galen. ὑγι. in initio lib. 3. pag. 245. 12. Plato ὁ τελέως συλλαβὼν ἠσκηκὼς, ἢ παγκράτιον, ἢ πάλην· l. VII. de legibus.

P. 7. v. ult. Ὅπου πλείων κόπος] Vide 1 Corinth. III. 8. Pulchra hæc est γνώμη sive sententia, quam exhortationibus interserit. Κόπος labor vehemens, & agitatio corporis violenta, unde lassitudo oriri solet: major scil. quam quæ à corpore ferri possit. Κόπος Athletas proprie spectat.

P. 8. v. 2. Λοιμοτέρους] Ita enim legit Interpolator. Vulg. Interpres, *pestiferos.* Interpres vetus, *deteriores.* Antiochus, Antonius, & Damascenus, sensum respicientes, verba mutarunt, & pro λοιμοτέρους exhibuerunt ἀπειθεστέρους. Est enim quasi pestis Ecclesiæ inobedientia. Act. XXIV. 5. Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν καὶ κινοῦντα στάσιν. Vulg. *pestiferum*, Beza *pestem.* male. Chrysostomus exponit λυμεῶνα. υἱοὶ λοιμοὶ, 1 Sam. II. 12. οἱ υἱοὶ Ηλεὶ υἱοὶ λοιμοὶ. V. 1. *Filii Eli filii Belial.* Hieronymus ad Ephes. cap. IV. *filii pestilentiæ.* Origenes contra Celsum l. VIII. p. 394. ὥσπερ οἱ φαῦλοι ἄνθρωποι, ἄνθρωποι ἁμαρτίας, υἱοὶ λοιμοὶ, ἢ υἱοὶ ἀδικίας. Sic ἄνδρες λοιμοὶ in libris Maccabæorum sæpius. Lib. I. c. X. v. 61. Καὶ ἐπισυνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ἄνδρες λοιμοὶ ἐξ Ισραὴλ, ἄνδρες παράνομοι· sic c. XV. 3. 21. quibus locis describuntur viri immorigeri, turbulenti, & seditiosi. Prov. XXI. 24. Θρασὺς καὶ αὐθάδης καὶ ἀλάζων λοιμὸς καλεῖται, ὃς δὲ μνησικακεῖ παράνομος. & XXII. 10. Ἔκβαλε ἐκ συνεδρίου λοιμόν, καὶ συνεξελεύσεται αὐτῷ νεῖκος. *Ubi* Aquila, Symmachus, & Theodotio χλευαστὴ. Apud Hesychium, λοιμῶν, φθορέων ἢ ἁμαρτωλῶν τῶν τοῦ κόσμου, ἐλλιπαίνων, lege ἐμπιπλῶν. Respexit enim Lexicographus ad Psalm. I. 1. ubi Aquila transtulit χλευαστῶν, quem secutus est Hieronymus, *in cathedra derisorum.* Καθέδρα λοιμῶν τὴν τῶν κακῶν ἐργασίαν καὶ ἀλήθειαν γινομένην — Ita Theodoretus. Quæ quidem expositio est arguta nimis. Cyprianus libro *de unitate. Quos designat in Psalmis Spiritus S. sedentes in pestilentiæ cathedra, pestes & lues fidei.* Quæ Psalmi verba ita exponit Barnabas, p. 232. quasi λοιμοὶ iidem essent ac *rapaces*: καὶ ὅτι καθέδρα λοιμῶν ἐκ ἐκάθισε, καθὼς τὰ πρόβατα τὰ καθήμενα εἰς ἁρπαγήν. Clem. Alex. habet ἕτοιμα per modum explicationis. De his Viris, qui λοιμοὶ dicuntur, quærendum ajebat S. Basilius: Ἐξέτασον λοιπὸν τίνας ὠνόμασε τοὺς λοιμούς, & postquam de ea re paullo latius differuisset, inquit, οἱ τοιοῦτοι λεγέσθωσαν, μὴ τούτων καθίζῃς ὅτι καθέδρα λοιμῶν, ἢ μὴ μίσασχῃς συνεδρίου ἀνθρώπων φθορέων καὶ λυμεώνων. Idem igitur λοιμὸς & λυμεὼν, λοιμοὶ & λυμεῶνες. Suidas λοιμὸς ὁ φθορεύς. Ab hoc adjectivo λοιμὸς est λοιμότερος. Noster autem respicit potius Actorum quam Psalmi locum, & turbulentiores & pernicioſiores intelligit, quos bonis & morigeris opponit, quos non vi sed mansuetudine subjiciendos esse do-

cet. Quæ verbi notio semper apud LXX. habetur & Scriptores Hebraïcos.

Ibid. Ἐν πραότητι ὑποτασσε] Ad exemplum Timothei, 2 Tim. II. 25. ἐν πραότητι παιδεύοντα τὸς ἀντιδιατιθεμένους.

P. 8. v. 3. Οὐ πᾶν τραῦμα] *Imperiti medici ad omnes oculorum dolores uno utuntur collyrio.* Hieron. ep. LXI. p. 661. A. Idem in Præfatione ad Ephesios. *Ita S. Apostolus Paulus per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis, nec ad instar imperiti medici uno collyrio omnium oculos vult curari.*

P. 8. v. 4. Παροξυσμὸς] V. I. *Exacerbationes.* Vulg. *Acredines.* Act. XV. 39. Ἐγένετο δὲ παροξυσμός. Vulg. *facta est autem dissensio.* Erasmus, *acris disputatio.* Beza, *exacerbatio. Quum passio vehementescit*: ut loquitur Aurelianus Sicensis, l. I. c. 12.

P. 8. v. 5. Ἐμβροχᾶις] V. I. *in pluviis*, quasi legisset ἐν βροχᾶις· ut apud Antiochum legitur, & ἐν βρόχοις apud Damascenum: perperam. μ & ν sæpe in MSS. confunduntur. ἐμβροχὴ Dioscorid. lib. 6. c. 14. Glossa Græco-Lat. ἐμβροχὴ *humectatio.* ἐμβροχᾶις *inpluviis*, ut Glossatores pro *impluviis.* Gloss. *implurimus* μαδυρός. Latina vox corrupta. Vulcanius legit *implumis.* male. lege *impluvius.* ἐμβροχὴ *impluvium.* Onomasticum vetus, ἐμβρέχω *impluo.* Gloss. Latino-Græc. *pluit* βρέχει· Græco-Lat. βρέχω *pluo.* Sensus hujus consilii optime illustrari potest ex Constit. l. II. c. 41.

Ibid. Παῦε] Vox à Medicis sæpe usurpata, & hic recte posita. Vide Foësii Oeconomiam. Παῦσις *accessionis declinatio.* Origenes in Joan. p. 254. Οὐ μάτην ἡ ὥραν ἑβδόμην ἀφίησιν αὐτὴν ὁ πυρετός. ἡ γὰρ ἑβδόμη ἀναπαύσεως ἐστί· alludens, ut solet, ad diem Sabbati, qui dicebatur ἡμέρα ἀναπαύσεως.

P. 8. v. 7. Σαρκικὸς ἢ πνευματικὸς] Male hæc fugillant nuperi Critici. Recte explicat Interpolator.

P. 8. v. 8. Τὰ φαινόμενά σε] i. e. corpus tuum.

P. 8. v. 9. Κολακεύης] Interpol. ἐπαιωρθώσης· an κολακεύῃ, ut apud Antiochum?

P. 8. v. 11. Ὁ κυβερνήτης] Vide Antiochum & Usserium.

P. 8. v. 13. Εἰς τὸ θεῷ ἐπιτυχεῖν] V. I. *à Deo potiundum*: an pro *ad Deo potiundum*?

Ibid. Νῆφε ὡς θεοῦ ἀθλητὴς] V. I. *Vigila, caute te gere.* In Epist. ad Smyrn. ἀνανῆψαι. 2 Tim. IV. 5. Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον. V. Philon. apud Euseb. l. II. c. 18. p. 58. B. Origen. in Joan. 146. B. Celsum apud Orig. l. III. 157. Philonem Jud. p. 1030. E. Polycarpus, νήφοντας πρὸς τὰς εὐχάς. Tertullianus ad Martyres: *Nempe enim ut Athletæ segregantur in strictiorem disciplinam, ut robori ædificando vacent, continentur à luxuria, à cibis lautioribus, à potu jucundiore; coguntur, cruciantur, fatigantur: quanto plus in exercitationibus laboraverint, tanto plus de victoria sperant.* Vide quoque Theophylactum ad 2 Tim. IV. 5.

Ibid. Τὸ θέμα] V. I. quum recte reddere non potuit, caute Latinis literis expressit. Interpolator pro sua libidine vocem mutavit, & pro θέμα θέλημα posuit. Hujus vocabuli, quum variæ & valde diversæ significationes ei tribuuntur, expositio hoc in loco pendet ex præcedentibus: Νῆφε, ὡς θεοῦ ἀθλητής. Est enim vox Agonistica, ad Athletas pertinens. Vult igitur Polycarpum, ut athletam, non hominum, sed Dei, præmium quidem, ut athletæ solebant,

solebant, exspectare, non autem humanum, non coronam aut pecuniam, sed à Deo dandum, & munus Deo dignum, immortalitatem sc. & vitam æternam. Illud enim est ἄθλον Dei athletis proprium. Sic eam vocem usurpavit posteriorum Sibyllinorum conditor, secundi seculi Scriptor, præmium ipsum nunc θέμα simpliciter, nunc ἄθλον τῦ θέματος appellans. p. 196.

Ἀγνὸς γὰρ Χριστὸς τόποις τὰ δίκαια βραβεύσει,
Καὶ δοκίμως κρίνει, αὐτὰρ θέμα μάρτυσι δώσει
Ἀθάνατον, [a] ἄχρι καὶ θανάτου τὸν ἀγῶνα ποιῆσι·
Παρθενικοῖς δὲ βραμοῦσι καλῶς ἄφθαρτον ἄεθλον
Δώσει τῦ θέματος.

Hæc Phrygia femina, ejusdem cum S. Ignatio seculi, scripsit. Nam agonum victores apud veteres à præmio vel στεφανῖται vel θεματῖται dicebantur. Athen. p. 584. C. Οὐ γὰρ στεφανίτης ὁ ἀγὼν ἔστιν, ἀλλ' ἀργυρίτης. Gr. Inscript. p. 314. 1. à latere. vel θεματικοὶ, ut Jul. Poll. l. III. c. 20. Θέμα etiam quoddam argentum sive pecuniam significabat, quum apud Trapezitas depositum fuit. V. Salmas. de fœnore Trapez. p. 563. Huc refer Tobiæ IV. 9. Θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης. Θεματικοὶ autem Ἀργυρῖται dicti sunt: unde Pindarus.

Σικυῶθεν δὲ ἀργύρῳ
Θέντες σὺν οἴνῃ φιάλας ἐπέβαν.

Inter Marmora Arundelliana recitantur Publii Citharœdi agones, additurque, θεματικές τε καὶ παλαιστικές. Seldenus reddit, *omnia proposita præmia habuere, & fuere difficillima.* At quis παλαιστικὸν Græce dixit pro *difficillimo*? Agones omnes illi erant argentarii seu pecuniarii, neque ullum ex illis præmium habuit talento minus. Exodi XXV. 1. λυχνία ἢ παλαιστικὴ. Orig. in Matt. 347. E. παλαιστικοὶ λίθοι. Suidas in πάλαντον. Hesychius, παλαιστικὸν, βαρύ. Socrates Rhodius in descriptione convivii Cleopatræ apud Athenæum p. 148. παλαντίας εἰς ξύδα μυρὸς δέδωκε, interprete Dalechampio, *talenti sumptu convehendas rosas curavit.*

P. 8. v. 16. Ἀντίψυχον] V. I. mire reddidit *refrigerium*, quasi legisset ἀνάψυχον· ut ipse in epist. ad Trallianos, ἀναψύχειν vertit *refrigerare*.

P. 8. v. 18. Ἑτεροδιδασκαλοῦντες] 1 Tim. I. 3. & VI. 3. Δύσφημοι ἑτεροδόξοι. Euseb. p. 522. D.

P. 8. v. 19. Κάλαπλησσέτωσαν] V. I. *stupefaciant*. Gloss. καλαπλήσσω, *stupefacio*.

P. 8. v. 20. Στῆθι ἑδραῖος] Hesychius, Ἑδραῖοι, σταθεροὶ, ἀσάλευτοι. Cyrill. Lex. Ἑδραῖοι, σταθεροὶ, ἀσάλευτοι, στερεοί. Respiciunt ad 1 Corinth. XV. 58. & VII. 37. ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος. Pertinet ad omnes fideles, ut sint ἑδραῖοι, præcipue vero ad Ecclesiæ Pastores. Gloss. ἑδραῖος, *firmus, stabilis*. Ab ἕδρα ἑδραῖος, ab ἑδραῖος ἑδραιόω & ἑδραίωμα· unde S. Paulo στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας. 1 Tim. III. 15. Ita Lugdunenses apud Euseb. Attalum vocant στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῶν ἐντεῦθεν. Basil. Cæsar. ep. LXII. de Musonio Neocæsariensi Episcopo, ἔρεισμα πατρίδος, ἐκκλησιῶν κόσμος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Triephon apud Lucianum, ἐκ ὀρθῆς, ὡς ἐκ ἀδιόρθωτα τὰ τῆ ποιητῶν, καὶ ἀμφίλοξα, καὶ μηδέπω ἑδραιωμένα.

P. 8. v. 21. Δέρεσθαι] *Magni est Athletæ*, Pancratiastæ aut pugilis. Δέρειν. Gloss. *vapulat* δέρεται, Δέρω, τύπτω, *vapulo, castigo*. Δέρω, ἐκδέρω, *cædo*. 1 Cor.

[a] Μέχρι καὶ θανάτου ποιῆσιν ἀγῶνα.

IX. 26. οὕτω πυκλεύω, ἐχ ὡς ἄέρα δέρων. Idem est quod σκίρω· quamvis Suidas distinguit: ipse tamen aliter in δέρτον. Hesychius, Ἀδαρῆς, ἀμαστήωσος. Gloss. Ἀδαρτῶ *incæsus*. Apud Suidam Ποταμοδάρτης, *fluvium tundens*. Portus, satis inepte. Legendum enim Ποταμοδάφτης, quam vocem Suidas habet ex Artemidoro.

P. 8. v. 22. Ενεκα θεῦ] Ita sæpe Christus ἕνεκα ἐμοῦ. Ἕνεκά σε. Rom. VIII. 36. *propter te*, ut Vetus Interpres, vel *tui causſa* ut Novus.

Ibid. Πάντα ὑπομένειν] Gloss. *Tolerare*, ὑπομεῖναι. Onomast. *Sustinet*, ὑπομένει. *Tolero*, φέρω, ὑπομένω. ὑπομένω, *tolero, fero, passo, sustineo, patior, perpesso, perfero*. πάντα ὑπομένειν, exemplo S. Pauli, 2 Tim. II. 10.

P. 8. v. 24. Καιρὸς καταμάνθανε] *Considera*, non male. Gloss. Καλαμανθάνει, *considerat*: & καλαμανθάνω, *considero*, *condisco*. Καλαμάθησις, *consideratio*. Matt. VI. 28. Καταμάθετε τὰ κρίνα τῦ ἀγροῦ. V. I. *Considerate lilia agri*. Δοκιμάζειν τὸν καιρὸν, Luc. XII. 56. Τῷ καιρῷ δηλοῦειν, Rom. XII. 11. Ἰδεῖν τὸν καιρὸν, Rom. XIII. 11. Ἐξαγοράζειν, Ephes. V. 16. Coloss. IV. 5.

P. 8. v. 25. Τὸν ὑπέρκαιρον] Pulcherrimus hic locus est, & accurate explicandus.

Ibid. Ἀχρονον] Clem. Alex. lib. VII. 700. C. Τὸν ἄχρονον καὶ ἄναρχον ἀρχῶ τε καὶ ἀπαρχῶ τῶν ὄντων ὁ υἱός. Ad hunc alludere videtur Epiphanius, 396. 20. V. Athanas. 2 dial. de Trinitate.

P. 8. v. 26. Τὸν ἀόρατον, ὁ δι' ἡμᾶς ὁρατὸν] Iren. p. 277. D. *Invisibilis & visibilis factus, incomprehensibilis factus comprehensibilis, & impassibilis passibilis*. Idem 379. D. 331. B.

Ibid. Τὸν ἀψηλάφητον] Athanas. ad Epictetum p. 586. C. V. Theodotum Ancyranum. Concil. Ephes. 1014. D.

P. 8. v. 27. Παθητὸν] Theodotus Ancyranus. pag. 11. Naz. Orat. XVII. 273. C. τὸ τῦ ἀπαθῦς πάθη. Orat. XL. 671. C. ἀπαθῆ θεότητα, παθητὸν μεσιλήμματα. Orat. LI. 538. C. D. παθητὸν σαρκὶ, ἀπαθῆ θεότητα — quem & vocat θεὸν παθητὸν κατὰ τῆς ἁμαρτίας. Orat. XXXVI. Videndus omnino Eranistes Theodoreti, & discutiendus.

Ibid. Τὸν δι' ἡμᾶς παθητὸν] Barnabas: Πιστεύσωμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τῦ θεῦ οὐκ ἠδυνάτο παθεῖν, εἰ μὴ ἄρα ἡμᾶς.

P. 8. v. 28. Ὑπομείναντα] Barn. 219. ἀκουῶ εἰς τῦτο ὑπέμεινε. 241. ἄρα ἡμᾶς ὑπομείνας.

P. 8. v. antepenult. Φρονπτὴς ἔσο] Non tantum φροντίζω *curam suscipe*, sed ut V. I. *curator esto*: ut sc. Episcopus ad officium suum pertinere sciat, quod sit Φροντιστής. V. Philip. IV. 3. & Cyprianum de habitu Virginis.

Ibid. Μηδὲν ἄνευ γνώμης σῦ] Hæc habet S. Chrysostomus tom. VI. p. 645. Vide quæ diximus contra Savilium & Usserium in Vindiciis.

P. 8. v. penult. Μηδὲ σὺ ἄνευ θεῦ γνώμης τι πρᾶσσε] V. I. *Neque tu sine Deo quid operare*. Non videtur legisse γνώμης hoc loco.

P. 8. v. ult. Οπερ δὲ πρᾶσσεις, εὐσταθὲς] Pessime hæc reddidit V. I. *Quod autem operaris, sit bene stabile*: ac si legisset δὲ pro δὲ & εὐσταθὲς pro εὐσταθὴς. Lectio cod. MS. vera est. Tu igitur cum D. Vossio redde: *quod neque facis, constans quum sis*. Ex hoc loco desumpta sunt, & in didascalia Ignatii

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [126] - 28
PUBLIC DOMAIN

tii conjecta, quæ nunc Constit. Apostol. lib. II. c. 2. exstant de Episcopo: Ἐγω οὖν καὶ νηφάλιος, σόφρων, κόσμιος, εὐσταθής. Nescire se profitetur Phrynichus, qui post Ignatium scripsit, unde εὐσάθεια & εὐσαθὴς in Græcam linguam irrepserint, & eam rem consideratione dignam judicavit. Nos igitur paullo consideremus. Εὐσταθὲς quidem de constitutione corporis usurpabant Epicuræi: de qua Orig. contra Cels. l. III. p. 159. τὸ τῆ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάσημα. De animo potius accipitur, & de constanti & immoto ejus tenore, & stabili, placido & quieto statu. Optime Plutarchus ostendit in Lycurgo: *illud nec timori nec iracundiæ subjicitur, sed cum spe & fortitudine consistit.* In Psalmo VI. Solomoni attributo, Ἐν εὐσταθείᾳ καρδίας αὐτῦ ἐξύμνησε τὸ ὄνομα τῦ θεοῦ. Appianus in Syr. p. 66. τῆ πολιτείας οὐδὲν βέβαιον, οὐδὲ εὐσταθὲς ἐχόσης. Hippolytus de Susanna, τὸ γὰρ σῶφρον καὶ εὐπαθὲς· ἴσ. εὐσταθές. Gloss. V. Εὐσταθὴς, *firmus, constans. Quiescit*, εὐσαθεῖ. Orig. contra Cels. p. 128. 56. & 152. 35. εὐσταθοῦντας apud Hermam. p. 48. Orig. in Jo. ποιμαινόμενοι ὑπὸ χειρὸς ἁγὶ τὸ σφῶν αὐτῆς ταμεῖον μὲ καὶ εὐσταθές. 30. B. & contra Celsum. 50. εὐσταθὲς καὶ ταμεῖον. Jos. 739. 29. Cyril. Catech. 241. B. σταθερὸν ἄνθρωπον culpat Phrynichus. sæpe utitur Philo. τὸ ἐπιεικὲς καὶ τὸ εὐσταθές. Orig. contra Cels. p. 363. Religione Christiana fiunt homines ἐπιεικέστεροι, σεμνότεροι, εὐσταθέστεροι. Ἐκκλησίαι μὲν γὰρ τῦ θεῦ, φησὶν εἰπεῖν, ἡ Ἀθήνησι, σωφρεῖα τις καὶ εὐσταθής. 128. ἀθρόως σωφρονέστερον πλήθη ὀφὶ τὸν ἐξ ἀκολάσεων εἰς τὸν εὐσταθέστατον βίον. 152. qui locus est corruptus. εὐσταθῆ καὶ νηφάλεον κατήφειαν. Philo 385. E. 2 Macc. XII. 2. ὃν εἶων αὐτὸς εὐσταθεῖς καὶ τὰ τῆ ἡσυχίας ἄγειν. Εὐσάθεια Philo 978. E. 984. E. Ἀνδριὰς μὲν ὅτι βάσεως, σπουδαῖος δὲ ἀνὴρ ὅτι καλῆς σωφροσύνης ἕξεως, ἀμεταχίνητος ὀφείλει εἶναι. Socrates apud Stobæum p. 4. & Democritus apud eundem. αἱ ἐκ μεγάλων ἁμαρτημάτων κινήσεις τῆ ψυχέων, ὅτε εὐσταθέες εἰσὶ, ὅτε εὐθυμοι.

P. 9. v. 1. Πυκνότερον συναγωγὰς γενέδωσαν] V. I. *Sæpe congregationes fiant.* Gloss. πυκνῶς, *crebro, assidue.* V. Suidam in πυκνὰ ex Clidemo & Harpocratione. *Frequentius* potius verterim, quod Latine utrumque significat. Non enim de crebris, sed de confertis & plenis conventibus agit: ut sequentia ostendunt, & ipse ad Ephesios. §. XIII. Lucian. 143. 13. καὶ ὁ μὲν νεὼς σύσοιχος ἔσω καὶ πυκνός. Συναγωγὰ idem quod συνάξεις. Συναγωγὴ, *Collegium, Collectus, Conventus, Concilium.*

P. 9. v. 2. Δόλως καὶ δόλως] Totam hanc sententiam ipsissimis verbis exscripsit Auctor incertus in libro, qui exstat in Bibl. Medicéa, scamno 6. numero 4. cui titulus est *Expositio præceptorum Christi*: qui sic habet fol. 18. Τῦ ἁγὶ Ἰγνατίυ τῦ Θεοφόρυ πρὸς Πολύκαρπον ἐπίσκοπον Σμύρνης. Δόλως καὶ δόλως — usque ad ἐπιθυμίας.

P. 9. v. 3. Τπερφάνει] Orig. in Matth. 376. A.

P. 9. v. 9. Τὰς κακοτεχνίας] V. I. *Malas artes fuge.* ut κακοδιδασκαλία, in Epist. ad Philadelph. §. VI. Φεύγετε τὰς κακοτεχνίας καὶ ἐνέδρας — Clem. Alex. 249. D. 39. A. Euseb. 522. C. Iamblich. de Mysteriis. 174. Galenus ad Thrasybulum. Orig. contra Cels. 321. A. Philo Jud. 1003. D. μέσαι τέχναι, Orig. in Matth. 380. Theages Pythagoricus apud Stobæum, Προσήκει γὰρ μὲ φέρησις τᾶ τέχνα, ἃ δὲ κακία τᾶ κακοτεχνίᾳ.

P. 9. v. 10. Περὶ τύπων] Ut in Epist. ad Smyrn. μήτε περὶ αὐτῶν λαλεῖν.

Ibid. Ομιλίαν μὴ ποιεῖ] V. I. *Homiliam fac.* Particulam negativam non agnoscit:

agnoſcit: & fortaſſe delenda eſt. Videntur enim hæc non ad priora, ſed poſteriora ſpectare.

P. 9. v. 12. Αρκεῖσ] V. I. *Sufficere.* male: potius, *acquieſcere, contentus eſſe.* Luc. III. 14. 1 Tim. VI. 8. Ebr. XIII. 5. Orig. in Celſ. p. 116. τῇ χρεία μόνῃ ἀρκουμένοις. Epiphan. 452. 8. αὐτοσύμβιοι σπέρμασιν ἀρκεῖσ ἢ τραπέζῃ ἢ βρώμασι. n. 14. ἀρκεῖσ τῷ λόγον κηρύσσειν. Orig. contra Celſ. ad finem operis: Εν ἂν ἔχοι ἀρκεῖσθαι ὑμᾶς τοῖς ὀπτὸ θεὸς ἢ λόγον αὐτοῦ ὑπαγορευθεῖσι βιβλίοις. p. 166. de Chriſto, τότε μᾶλλον ἀρκεῖσθαι τῷ αὐτὸς ἔφα, ἢ ἄλλε τινοσῶν. Male illic Interpres. Epiphanius in Ancorato c. 106. ἐρώσης με ἢ μὴ ἀρκουμένης τοῖς ἔξωθεν ἀνδράσιν, ἀλλὰ ἢ ἕως τοῦ ἰδίε ἀδελφοῦ φθαγόσης. Clem. Rom. p. 3. τοῖς ἐροδίοις τοῦ θεοῦ ἀρκέμενοι. Sic Irenæus dixit Valentinianos *nulla apolytroſi ſenſibili uſos eſſe,* καὶ ἀρκεῖσθαι αὐτὸς τῇ τῶ ὅλων ἐπιγνώσει. V. I. *& ſufficere iis univerſorum agnitionem*: potius, *contentos eſſe.* l. I. c. 18. Alexander apud Joſeph. l. II. belli Judaïci: Απέχει σοι ὁ κατὰ Λιβύων γάμος. σὺ δὲ ἐκ ἀρκεισθεῖσα τούτῳ, πάλιν ὅπῃ ἢ ἐμὴν ἕξιαν ἀνακάμπεις.

Ibid. Τοῖς συμβίοις] *Viris, maritis.* Ο σύμβιος *maritus* ἢ σύμβιος *uxor.* Dionyſius Alexandrinus apud Euſeb. l. VI. c. 42. de Chœremone Epiſcopo Nili, Οὗτος εἰς τὸ Αράβιον ὄρος ἅμα τῇ συμβίῳ φυγὼν, ἐκ ἀπανελήλυθεν. Unde συμβίωσις, *mariti & uxoris in vita conſuetudo* Clemens Alex. 178. A. 423. A. Marm. Arundell. apud Reineſium pag. 725. 773. Inſcriptio apud Gruter. pag. 1068. 1.

Ανδ' ὧν δ' ἐνχειρίσας ἐπιτήσιον ἐκ ἀπέδωκεν
Συμβίε ἀγνοτάτας τῶδε καταφθιμένας.

Ita ὁ καὶ ἢ σύζυγος. Orig. in Jo. 71. A. Unde vetus illa lectio apud Apoſt. Phil. IV. 3. σύζυγε γνησία· quam Chryſoſtomus, Theodoretus, Oecumenius, & Theophylactus rejiciunt. Sed Iſid. Peluſiota l. IV. ep. 112. mire legit & explicat. Cyrilli Lex Ομόζυγον, γαμετλώ. Inſcriptio apud Aringhum l. IV. c. 27.

ΑΥΡΗΛΙΑ ΘΡΕΠΤΗ.
ΑΥΡΗΛΙΩ ΗΛΙΟΔΩΡΩ.
ΣΥΛΑΒΙΩ ΓΑΥΚΥΤΑΤΩ.

Ubi duplex Λ Λ male ponitur pro ſimplici M. Sic Λ Λ VIII. pro M. i. e. menſes VIII. & p. 970. Certiſſima emendatio ex alia inſcriptione. Reineſ. 869. 906. 929.

P. 9. v. 14. Αγαπᾶν] V. I. *diligere uxores.* Ex quo patet legendum τὰς συμβίας, ut nos ex codice MS. ſupplevimus: in quo ſcribitur συμίας pro συμβίας ex vulgari pronunciatione: non, *ut illæ ſufficiant viris, ſed illis viri ſui ſufficiant*: ut loquitur Auctor operis imperfecti in Matt. Hom. IV. 621. D. *Bonus homo, ſi uxorem habuerit, non tentatur in libidine,* i. e. non fornicatur: *ſed ſufficit ei uxor ſua: malus autem habens uxorem fornicatur, & non eſt contentus una.*

P. 9. v. 16. Εν ἁγνεία μένειν] 1 Cor. VII. 8.

Ibid. Εἰς τιμὴν τῶ Κυρίε ἢ σαρκὸς] V. I. *in honorem carnis Domini*: an potius *Domini carnis?* Interpolator, εἰς τιμὴν ἢ σαρκὸς τῶ Κυρίε.

P. 9. v. 17. Εν ἀκαυχησίᾳ μένετω.] V. I. *in ingloriatione.* Ita habet uterque MS. Qui *in gloriatione* legebant, addiderunt, *Domini.*

P. 9.

P. 9. v. 19. Πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι] Nuptiæ sc. in Ecclesia fiebant, & benedictio sacerdotalis solenniter impertita nuptis. Hoc seculo secundo. Clem. Pædag. l. III. c. 11. p. 248. B. Τίνι γὰρ ὁ πρεσβύτερος ἐπιθήσει χεῖρα; τίνα δὲ εὐλογήσει; ἢ πρὸ γυναῖκα τὴν κεκοσμημένην, ἀλλὰ τὰς ἀλλοτρίας τείχας, καὶ αὐτῶν ἄλλῳ κεφαλῇ. Tertull. ad uxorem l. II. c. ult. & de pudicitia cap. 4. Ex his omnibus *haud evinci potest* --- inquit Seldenus Ux. Hebr. l. II. c. 28. qui hic confutandus.

P. 9. v. 28. Συγκοπιᾶτε] Alloquitur Episcopum, Presbyteros, & Diaconos. Οἱ κοπιῶντες ἐν τῷ λόγῳ.

P. 9. v. 30. Οἰκονόμοι] Episcopi, Luc. XII. 42. Tit. I. 7. 1 Corin. IV. 1. 1 Pet. IV. 10.

Ibid. Πάρεδροι] Presbyteri. Thomas Magister: Πάρεδρος, ὁ συγκάθεδρος, σωνέδριος δέ.

Ibid. Ὑπηρέται] Diaconi.

Ibid. Ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε] Hic militiam Christianam explicare aggreditur: quæ quidem spiritualis est, non carnalis. 2 Cor. X. 3. 4. Adhortatur igitur, *ut sint boni milites Jesu Christi*: ut loquitur S. Paulus 2 Tim. II. 3. Explicat autem more Paulino respectu ad Ministros Evangelii, ut 2 Tim. II. 4. V. I. *qui se probavit* στρατολογήσαντι· quia delectus fiebat per literas probatorias. Τὸν στρατευομένους τοῖς ἡγεμένοις. 1. Clem. Roman. p. 48.

P. 9. v. 31. Ὀψώνια κομίζεσθε] Quod S. Paulo λαβεῖν ὀψώνιον. 2 Cor. XI. 8. Κομίζεσθαι idem est quod καμβάνειν. V. Theodor. in loc. Ὀψώνια. Lat. *stipendia*. Philoxeni Gloss. *Stipendium*, συμφέρον, ὀψώνιον στρατιωτικόν. V. I. *Stipendia fertis*. Interpolator κομίσεσθε de futuro. Rectius & Græcus & Latinus de præsenti: loquitur enim de Clero, qui à populo ὀψώνια accipiebat.

P. 9. v. 32. Δεσέρτωρ] V. I. *Otiosus*, minus recte. V. Stewechium pag. 70. *Emansor & desertor*. Excerpta vetera, *Desertores*, λειποτάκται. De Maximino Lactantius de mortibus Persecutorum, cap. XLVII. *Ademerat enim pudorem deserendi desertor Imperator.*

P. 9. v. antepenult. Μενέτω ὡς ὅπλα] Μενέτω· nam desertores arma abjiciebant. V. I. *maneat, ut scutum*: quasi ἀσπὶς legisset, vel ὅπλον, & quia Scuti postea mentio nulla. Onomasticon V. *Scutum*, ὅπλον. Philox. Glossa, Scutum, ἀσπὶδα καὶ ὅπλον. Inde ὁπλῖται, gravis armaturæ milites, propter scutum & hastam. Gloss. ὅπλον, *telum, scutum*. Psalm. V. 3. ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς. Vetus Versio, *ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos*. XC. 5. ὅπλῳ κυκλώσει με ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ. *Scuto circundabit me veritas ejus*. Alludere videtur ad verba S. Pauli, τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Rom. XIII. 12. Baptismus enim semper ut φωτισμὸς spectabatur. Hebr. VI. 4. & X. 32. φωτίζειν καὶ κατηχίζειν idem. 2 Reg. XII. 2. & XVII. 27, 28. Hæc suggillat Blondellus pag. 40. qui hic castigandus est.

Ibid. Ἡ πίστις ὡς περικεφαλαία] *Fides ut galea.* Ephes. VI. 17. 1 Thess. V. 8. Esa. LIX. 17. V. Isidor. Pelus. ep. l. I. 126. Fides comparatur scuto apud S. Paulum, quod idem significat: & idem quoque in Oneirocriticis significat, quoniam utrumque inter τὰ σκεπαστὰ ὅπλα numerantur. Artemidorus, ἰδίως ὅτι καὶ ἡ ἀσπὶς γυναῖκα σημαίνει, καὶ ἡ περικεφαλαία.

P. 9.

P. 9. v. ult. Η ὑπομονὴ ὡς πανοπλία] V. I. *ſuſtinentia ut omnis armatura.* Veteres *armaturam* ſimpliciter dixere. Gloſſ. πανοπλία, *armatura.* Epheſ. VI. 13. Αναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, *accipite armaturam Dei.* & VI. 11. ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, *induite vos armaturam Dei.* Cyprianus, *induite tota arma Dei*, ad Thibaritanos: at in libro tertio Teſtimoniorum, *induite arma Dei.* Tertull. adv. Marcionem l. V. *Porro quum quidem induere nos jubeat armaturam, in qua ſtemus, ad machinationes diaboli.* Ambroſiaſter, Epheſ. VI. 11. *induimini vos armis Dei.* 13. *ideo accipite univerſitatem armorum.* Primaſius, *propterea accipite arma Dei.* Prudentius in Pſychomachia:

Lex habet iſtud
Noſtra genus belli, furias, omnemque malorum
Militiam, & rabidas tolerando exſtinguere vires.

Et mox,

Omnibus una comes virtutibus aſſociatur,
Auxiliumque ſuum fortis patientia miſcet.
Nulla anceps luctamen init virtute ſine iſta
Virtus: nam vidua eſt, quam non patientia firmat.

Optime Iſidor. Peluſ. l. I. epiſt. XXV. ἀλλ' ὁπλοφορεῖ ὅλον γίνεται.

Ibid. Δεπόσιτα] Gloſſæ juris, δεπόσιτον, παρακαταθήκη. Τῆς ἕξεως ὑπὸ τῆς φύσεως κρατηθείσης. Artemid. 237.

P. 10. v. 6. Ως ἐδηλώθη μοι] Quum eſſet Troade certior factus eſt, finem perſecutioni Antiochiæ per Trajanum impoſitum eſſe. De qua re dubitari non debet: nam à Joanne Antiocheno, Hiſtorico probato, apud Suidam, obſervatum eſt, ὅτι Τραϊανὸς τοῖς Χριστιανοῖς ἀνακωχήν τινα ἀπὸ πυρώσεως παρέσχεν· & tum ſubjungit Tiberiani hiſtoriam. Tiberiani autem relatio facta eſt ad Trajanum, quum eſſet Antiochiæ, ut teſtatur Joannes Mallela, Antiochenus & ipſe.

P. 10. v. 8. Εν ἀμεριμνίᾳ] Gloſſa, *ſecurus* ἀμέριμνος. Suidas, ἀμεριμνία ἡ ἄνεσις, Heſych. εὐθυμία, εὐθυμοσύνη, ἀμεριμνία, χαρά. V. I. *in ſollicitudine*: ſed ſine dubio ſcriptum fuit, *in inſollicitudine*: ut in Gloſſario ἀμέριμνος, *immetuens*: ſic ἀχρησιμότης, *incommoditas*, ἀσωφρόνησις, *inconſcientia*, ἀκοσμοσύνη, *incurioſitas*, ἀμαθία, *indiſciplina.* Philoxeni Gloſſ. *inlubre*, ἀλυσία. Scriptum eſt pro *inlubio*, b pro u, *inluvies*, vulgo *illuvies.*

P. 10. v. 10. Εν τῇ ἀναστάσει] V. I. *in oratione* ex MS. Caienſi: an legit ἀναπάυσει; Ea enim vox aliquoties male ἀνάστασις ſcribitur: an legit αἰτήσει, ut apud Interpolatorem exſtat? Sed Montacutii codex *in reſurrectione*: quod verum eſt, & illud *oratione* abbreviatura eſt.

Ibid. Μαθητῶν] MS. παθητῶν. Quære, an ut à μαθεῖν μαθητής, ita à παθεῖν παθητής.

Ibid. Πρέπει] Hæc refert S. Polycarpus in epiſtola ad Philippenſes.

P. 10. v. 11. Θεομακαριςότατε] V. I. *Deo-beatiſſime.* Hinc colligo hanc interpretationem factam fuiſſe ante A. 650. quando Scriptor quidam Martinum Papam *Deo-beatiſſimum* vocat, p. 66. B.

P. 10

P. 10. v. 14. Καταξιῶσαι] V. I. *dignificari.* minus recte. Glossa Philoxeni, καταξιοῖ, *dignatur.*

P. 10. v. 19. Οταν αὐτὸ ἀπαρτίσητε] V. I. *qui ipsi perfecti estis*, vel, ut codex Montacutii, *quoniam.* Legebat igitur Interpres αὐτοὶ, quod puto verum esse, & ὅτι pro ὅταν· quod etiam verum esse sequentia suadent.

P. 10. v. 21. Τὸ σώτονον τ῀ ἀληθείας] V. I. *compendium veritatis.* male. Legit igitur, ut Interpolator, codd. Nydpruccianus & Florentinus, σύντομον· Augustanus autem codex, & Anglicanus, ut & Medicéus, quem repræsentamus, recte habet σύντονον. Σώτονον, σφοδρὸν, ἰσχυὸν, σωτηρικόν. Suid. τὸ εἰς τὰς πρᾶξεις σώτονον. V. Μάρπτω. Sæpe σύμτονον & σύντονον confunduntur in veteribus Scriptoribus: ut apud Suidam in Λαφειὸς, σωτόμως πέχει· sed verba sunt Symmachi apud Scholia Aristophanis, συντόνως πέχει, ὥστε Ολυμπιακὸς σταδιοδρόμῳ. Σώτονον autem τ῀ ἀληθείας, ut ἄοκνον τ῀ ἀγάπης.

P. 10. v. 22. Δι' ὀλίγων γραμμάτων ὑμᾶς παρεκάλεσα] V. I. *per paucas vos literas consolatus sum. Brevibus vos literis adhortatus sum*, hac nempe ad Polycarpum, & altera ad ipsos Smyrnæos.

P. 10. v. 24. Επεὶ] V. I. *quia igitur.* Legebat ergo ἐπεὶ οὖν.

Ibid. Πάσαις ἐκκλησίαις] Scripserat ad Ecclesiam Smyrnæorum & Philadelphensium: ad alias autem scribere non potuit. Quare scribit privatim ad Polycarpum, ut ipse ejus loco ad alias scriberet.

P. 10. v. 26. Απὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν] Ut S. Paulus. Act. XVI. 11.

P. 10. v. 27. Ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις] V. I. *aliis ecclesiis.* male. quid esset ἔμπροσθεν, non intellexit. Gloss. ἔμπροσθεν, *anterius.* Redde, *prioribus* seu *anterioribus illis ecclesiis*, quæ in Asia versus Syriam jacebant, præter Philadelphicos, ad quos ipse scribebat de eadem re. Εμπροσθεν tam de loco, quam de tempore.

P. 10. v. penult. Ινα δοξασθῆτε] V. I. *ut glorificeris*: quasi legisset δοξασθῇς. Sed ea conjectura non opus est. Mos enim est Ignatio ita loqui.

ANNO-

ANNOTATIONES
D. JOANNIS PEARSONI
IN
EPISTOLAM
AD EPHESIOS.

Pag. 11. v. 13. Πληρώματι] Ita ipse in epistola ad Trallianos, ἵνα ἀπαρτίζωμαι ἐν πληρώματι. Hujus vocis sunt variæ significationes, (veteres enim varie adhibebant) quarum illa ad hunc locum proprie pertinere videtur, quæ, quid sit πλήρωμα τῆς πόλεως, indicat. Ita Nazianz. 375. A. 159. B. 410. C. & hic sensus maxime facit contra Schisma. Vide item Chrysost. Tom. III. Edit. Savil. p. 822. v. 22. & 823. v. 3.

Ibid. Εὐλογημένῃ ἐν πληρώματι] An spectare videtur Rom. XV. 19. ἐν πληρώματι εὐλογίας; V. Theophylactum. Κεφαλὴ τῆς Χριστοῦ πληρώματος. i. e. Episcopus Ecclesiæ. Naz. 39. D. qui lucet πυρὶ τῷ τῆς οἰκουμένης πληρώματι. 149. B.

P. 11. v. 18. Τῇ ἀξιομακαίστῳ] Ut ipse in epist. ad Romanos ad finem. Ἀσπάσασθε τὴν ἀξιομακαίστων, tanquam discipulos Pauli, quem ἀξιομακάιστον vocat in hac epistola, uti etiam postea ecclesiam Romanam ἀξιομακάιστον appellat.

P. 11. v. 19. Τῇ ὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας] Irenæus de S. Joanne, l. III. c. 1. ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατρίβων. Εν Ἰωνίᾳ πόλεις Ἐφεσίων. Artemidorus p. 15. ut Duris in epigrammate eam indigetat,

—— τὴν Ἰάδων πολλὸν ἀοιδοτάτην.

P. 11. v. 24. Φύσει δικαίᾳ] Onomasticon V. *Indoles*, φύσις. Barnab. in præfat. epist. — *supra modum exhilaror beatis & præclaris Spiritibus vestris, quod sic naturalem gratiam accepistis.* An φύσει δικαίᾳ nihil aliud, quam δικαίως, *merito*? Hæretici dicebant Catholicos χρήσει tantum gratiam habuisse. Iren. 28. B.

P. 11. v. 28. Ακούσαντες γὰρ] Hæc sententia valde perplexa est, neque satis sani sunt codices. In Græcis duo vocabula deesse quidem videntur, quæ tamen in suo codice vidit & transtulit V. I. Eorum loco in codice Medicéo exstat satis longa pars sententiæ, quam etiam vidit Interpolator, aut ipse adhibuit pro more suo: totam autem sententiam imperfectam reliquit. Interpres, *videre festinastis*: forte scriptum fuit ἰδεῖν ἐσπουδάζετε, post διειμαχῶσαι. Quod si post ἐσπουδάζετε statim, Ἐπεὶ οὖν, omnia erunt clara & perspicua. Vetus Interpres huic loco perturbato & corrupto in Græcis lucem affert: qui tamen in editis minus integre repræsentatus est. Sic enim habent MSS. —

Spe-

Sperantem oratione veſtra potiri, in Roma cum beſtiis pugnare, ut potiri poſſim diſcipulus eſſe, videre feſtinaſtis. Hinc apparet, quæ in codice Græco, quem habuit vetus Interpres, quæ Florentino addita aut detracta. Sic igitur Græca legenda ſunt: ἐλπίζοντα τῇ προσευχῇ ὑμῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Ῥώμῃ, ἵνα ἐπιτυχεῖν θυμηδῶ μαθητὴς εἶναι, ἰδεῖν ἐσπεύδετε· vel ἐσπεύσατε. Potius autem, puto, ἐσπεύδετε, quia Interpres ſolet σπεύδειν ita interpretari.

P. 12. v. 4. Απέλιφα] V. I. *ſuſcepi*. an recte? *accepi per Oneſimum*. Erat igitur Oneſimus Epheſiorum Epiſcopus Smyrnam miſſus, ut viſeret & refocillaret Ignatium.

Ibid. Ονησίμῳ] Huic contemporaneus Oneſimus, Plutarchi ſervus, qui cum Epicteto diſputans, introductus eſt à Phavorino. In iſto ſeculo & ſequioribus nomen iſtud vulgare fuit.

P. 12. v. 23. Ινα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ] Hic locus in codice Florentino interpolatus eſt. Ille, quem vidit V. I. ſic ſe habet, ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ καταρτισμένοι, ὑποτασσόμενοι τῷ — Illud enim ἅπτε ille non agnoſcit, & videtur eſſe ſuperfluum.

Ibid. Αναψύξει] MS. ἀναψύξαι. Neque aliter legit V. I. dum vertit, *refrigeret*. Hinc patet ἀναπαύειν & ἀναψύχειν idem fere ſignificare apud Veteres: ἀναπαύειν *à motu*, ἀναψύχειν *à calore & æſtu liberare*. Inde *refrigerium*, & *refrigerare*, & *refrigerari* apud Latinos, primo de incarceratis apud Tertullianum frequenter, & in paſſione Perpetuæ; deinde de mortuis. Hinc *æternum refrigerium* apud Iren. l. IV. c. 14.

P. 12. v. 36. Συνδιδασκαλίτας] Mira vox: neque enim puto vocem ſimplicem διδασκαλίτης uſpiam occurrere. V. I. *Doctores*, Interpolator συνδούλοις, *conſervis*. An συνδιδασκαλῖται, qui communem Magiſtrum & Doctorem habentes, ſcil. Paulum, imo & Joannem? Ignatius enim Joannis diſcipulus fuit.

P. 12. v. antepenult. Υπαλειφθῆναι] *Nihil hic viderunt* Interpretes. Vetus, *ſuſcipi*, quod eſt ὑποληφθῆναι. Interpolator pro eo poſuit, ὑπομνηθῆναι, *commoneri*, ad ſenſum paullo propius. Patricius Junius legendum putat, ὑπολειφθῆναι, *relinqui*, i. e. *vobis longe inferiorem eſſe*. Sed neque ἔδει με, neque ὑφ' ὑμῶν, talem interpretationem patitur. Nihil mutandum. Lectio codicis Medicéi & emendata & clara, & neceſſario recipienda & conſervanda eſt. Hic enim ὑπαλειφθῆναι eſt *ungi, excitari, inſtrui, ad certamen præparari*: & quidem à Doctore ſeu Magiſtro. Plutarchus in vita Periclis ſic loquitur de Damone: τὸν δ' Περικλεῖ σωλῆν, καθάπερ ἀθλητῇ, τὴν πολιτικὴν ἀλείπτης καὶ διδάσκαλον. Sic Iſidorus Peluſ. l. III. epiſt. 265. Suidas, Αλεῖπται, οἱ πρὸς τὸς ἀγῶνας ἐπασκοῦντες. Ο Στολόγος λέγει· ἀλεῖπται εἰς ἀρετήν. Hic optimus Magiſter oſtendit, quo modo Chriſtianus inſtrui debet ad patiendum pro nomine Chriſti: *Quum igitur par erat, ut vos me admonere, impellere, incitare, inſtruere velletis* ——

P. 13. v. 3. Αδιάκειτον] V. I. *incomparabile*, ac ſi ἀσύγκειτον legiſſet. S. Jacobus cap. III. v. 17. hanc vocem de ſapientia, quæ de cœlo eſt, uſurpavit. Ipſe Ignatius in initio epiſt. ad Trallenſes etiam utitur: ubi V. I. *inſeparabilem* vertit. Vulgatus, *ſine dolo*. Idem habet in fine epiſt. ad Magneſ.

ἀδιάκειτον πνεῦμα. Uterque reddit *inſeparabilem Spiritum*. An *indubitabilem*? Baſil. ἀδιάκειτος πληροφορία.

P. 13. v. 12. Συμφώνῳ ἀγάπῃ] *Conſona charitate*. V. Orig. in Matth. 204. C.

P. 13. v. 14. Χρῶμα θεοῦ λαβόντες] Interpolator pro χρῶμα ſubſtituit συνάφειαν. V. I. reddidit *melos*. Heſych. χρῶμα παρὰ τοῖς Μουσικοῖς χροία.

P. 13. v. 15. Ἀδετου] Euſeb. in vita Conſtantini l. I. c. 13. de Conſtantio, ejus patre, loquens, Μυείων δὲ καὶ ἄλλων τὸν ἀνδρὸς ἀρετὴν παρὰ τοῖς πᾶσιν ἀδομένων. Chryſoſt. de Babyla, Antiocheno Martyre, agens, Οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ ἡ χώρα, ἐκ ἔστιν, ἡ πόλις, ἔνθα ταῦτα ἐκ ᾄδεται τὰ παράδοξα.

P. 13. v. 24. Αναικεκραμένους] V. I. *conjunctos*. Interpolator habet, ἀνακρεμαμένους, *qui pendetis* pro ἀνακεκραμένους. Ανακέκραται τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἡ ἑκάστου ψυχή. Origen. in Jo. 30. A. 35. D. — ἢ ἄνθρωπον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἢ τῇ θεότητι αὐτοῦ ἀνακεκραμένον.

P. 13. v. 28. Υστερεῖται] Iren. l. IV. c. 73. ὑστερεῖσθαι τὸ πεποικότος *minora eſſe eo qui fecerit*. ὑστερεῖσθαι τὸ τελείου, *deficiunt à perfecto*.

P. 14. v. 8. Τὸν οὖν ἐπίσκοπον] Ergo Epiſcopus auctoritatem habet à Chriſto, utpote ipſius οἰκονόμος.

P. 14. v. 21. Δυσθεραπεύτους] V. I. *difficile curabiles*, ſive ſanabiles, ut in MS. Caienſi. Interpol. ἀνίατα γὰρ νοσοῦσιν, quaſi incurabilis eſſet morbus ille, ut ex antiquis aliqui putarunt,

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Sed aliud ἀθεράπευτος, *incurabilis, inſanabilis*, ut gloſſæ reddunt, aliud δυσθεράπευτος. Diſputabant veteres Medici, an hydrophobia eſſet morbus incurabilis, ut apud Cœlium Aurelianum legimus de morſu canis rabidi: antequam ad hydrophobiam perveniatur, omnino eum curabilem putabant, ſed difficulter.

P. 14. v. ult. Περίψημα ὑμῶν] V. I. *peripſima*, ut & paullo poſt. 1 Cor. pag. IV. 13. Orig. in Jo. 363. D. Barnabas Ἐγὼ περίψημα ἀγάπης ὑμῶν. 220. Gloſſæ veteres MSS. bibliothecæ Corbienſis, ut refert Menardus: *Peripſema, limatura metalli, & purgamenta potus, & quiſquiliæ domus, & raſura cujuſque rei*. Onomaſticon vetus, κόρημα, περίψημα, *Scobs*. Lex. Cyrilli, περίψημα, καταπάτημα, παίγνιον, alluſione ad S. Paulum facta. Ἀφ' ἧς ψῆμα & ψᾶμα. Heſych. ψάμμαλα, ἀναράγμαλα. περιψῆν, (lege περιψῆν) ἐκμάσσειν, ἀπορίζειν. Suidas, περίψημα, κάθαγμα, lege καθάμαγμα. Gloſſ. Σπόμαγμα, *cermentorium*. Notat Labbæus in codice Germ. legi *termentorium*, in Reg. *tementorium*. Tu lege *cæmentorium*. Tob. V. 18. Ἀργύριον τῷ ἀργυρίῳ μὴ φθάσαι, ἀλλὰ περίψημα τοῦ παιδὸς γένοιτο. Apophthegma Nili Abbatis, μακάριός ἐστι μοναχὸς, ὁ πάντων περίψημα ἑαυτὸν λογιζόμενος.

Ibid. Καὶ ἁγνίζομαι] V. I. *& caſtificetur*. Scripſit, ut opinor, *caſtificer*. Ἁγνίζομαι pro ἁγνισμά εἰμι· quod adhuc apertius eſt in epiſt. ad Trall. verſus finem. ἁγνίζει) ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα, i. e. ἁγνισμά ἐστι. Male ſcriptum fuit ἁγνίζεται. ε & αι in MSS. ſæpius confunduntur.

P. 15. v. 10. Βύσαντες] V. I. *obſtruentes aures*. Heſych. βύσας, πλήσας, φράξας. Idem βύων, τὰ ὦτα ἐπιφράττων. Suidas, βύσειν, φράττειν. Ignat. in epiſtola ad Trall. uno verbo, viz. κωφῶσητε, utitur. Vult igitur Chriſtianos aures ſuas obturare

contra

contra hæreticos, quod Judæi facere ſolebant contra blaſphemos. Act. VII. 57. συνέχον τὰ ὦτα. Iren. l. III. c. 4. de ſermone barbaris hominibus, ſed Chriſtianis vere inſtitutis: *quibus ſi aliquis annunciaverit ea, quæ ab hæreticis adinventa ſunt, ſtatim concludentes aures, longo longius fugient, ne audire quidem ſuſtinentes blaſphemum colloquium.* Pſal. LVIII. 4. ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς. Eccleſiaſtico Latino XXVIII. 28. *ſepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam.* Iſid. Peluſ. l. I. ep. 30.

P. 15. v. 17. Αναγωγεὺς] V. I. *Dux veſter*, perperam. Αγωγεὺς, ἀγωγὸς aliquando id ſignificat, ſed hoc loco non poteſt. Similitudines hæ non placent: ſed tales viri & ſanctiſſimi & doctiſſimi proſecuti ſunt: & fortaſſe hoc ipſo loco impulſi, & exemplo viri maximi inducti, id fecere. Alterum etiam locum fugillat Blondellus, quod idem Spiritum S. vocat χοινίον, quo ἀναγωγεὺς utitur. Sed, ut recte obſervavit Voſſius, male *hominem* interpretatus eſt, quum *trochleam* ſignificet. Heſych. ἀγωγεὺς, ὁ ἱμὰς, & illud Homericum, σιδὴ δ' ἧειρεν ἱμᾶσιν exponit σειρήσησι δὲ τὰς ἀγωγεῖς τῆς ἵππων. Onomaſticum vetus, *habena*, ἡνία, ἀγωγεύς. Alii, *ductorium*, ἀγωγεύς. Ita apud Xenophontem.

P. 15. v. 19. Συνοδοι] Heſych. συνοδῶν, συνοδοιπόρος. Idem, φωλητήρια καὶ φωλεοὶ, τῶν θηρίων καὶ συνόδων οἶκοι. Gloſſ. συνοδῶν, συνοδεύων, *comes*. Lat. Græc. *comes*, συνοδοιπόρων, συνοδῶν· συνοδος, ὁ συνοδεύων. V. I. *Conviatores*, recte. *Dilectio*, inquit, *via eſt, ducens ad Deum.* Vos igitur in ea via comites eſtis, ferentes Deum & Chriſtum, quaſi ſolenni pompa tendentes ad ipſum Deum. In talibus enim ſacris proceſſionibus erant multi, qui ferebant ſacra quædam vaſa, vel alia.

P. 15. v. 25. Υπὲρ τῶν ἄλλων] Preces pro nondum converſis.

P. 15. v. 26. Περσεύχεσθε] V. I. *Deum oratis*, male. *orate*, ut poſtea.

P. 15. v. 29. Μαθηλευθῶμεν] Præclare hæc dicta ſunt, ut doceant gentes, ſi non doctrina, ſaltem exemplo.

P. 15. v. penult. Περὶ τὸ ἄρειον] Eleganter ſane & proprie τὸ ἄρειον καὶ τὸ ἥμερον opponuntur. Orig. adv. Celſum pag. 16. inde vero ad alia inanimata, ut mare, nunc ἄρειον, nunc ἥμερον dicitur. Exemplum illuſtre eſt in Oneirocriticis Aſtrampſychi hujus oppoſitionis, quam tamen percipere non potuerunt duo viri in Græcis maxime verſati. Verſus apud Suidam exſtant.

Θνῆξις θαλάσσης ἀρείας θηλοῖ λύπας,
Θνῆξις θαλάσσης ἡμέρας τέναρ καλόν.

Portus utrobique θ expungit, & legendum νῆξις recte docet: ſed male vertit.

Natatio marina ſævos indicat dolores:
Natatio marina interdiu ſomnium bonum.

Meurſius in Mantiſſa in priori verſu νῆξις, in poſteriori θνῆξις ſcribendum cenſet, & ſic interpretatur: *Natans ſive fluctuans mare convenit doloribus: mortuum autem ſive placidum mare ac tranquillum è contra ſomnium bonum portendit.* Mira hæc ſunt, νῆξις θαλάσσης, *fluctuans mare*, θνῆξις θαλάσσης, *placidum mare.*

Natatio maris turbidi indicat dolores:
Natatio maris placidi bonum ſomnium.

Quum

Quum quis somniat se in mari natare, si turbidum ei videatur, mali, si placidum, boni ominis est. Libanius in panegyrico Juliani p. 230. καὶ ὅλως ἡ γένος ἀνθρώπων ἥμερον, καλῶ δὲ ἥμερον τὲς ἐν ὑμετέροις ζῶντας νόμοις· an ἡμεροτέροις; ἥμεροι νόμοι. Orig. adv. Celsum p. 115. ἥμερος νομοθεσία. p. 116. ἄχρια ἤδη ἡμερῶται σοφάσει τὸ λόγε. p. 50.

P. 16. v. 3. Τὶς πλέον ἀδικηθῆ] MS. ἀδικηθεῖ, διστερηθεῖ, & ἀθετεθεῖ. Locus est corruptus, & sic opinor restituendus, ἤ τὶς πλέον ἀδικηθῆ — interrogative. Hæc videntur ἀτυώλετα. Interpolator sententiam suo modo explicat.

P. 16. v. 23. Πάροδον] V. I. *Transitus estis*: ut antea παραδεύσητες, & in epist. ad Rom. versus finem, ἐχ ὡς παραδεύοντα. Hesych. πάροδον, ἀμάθασις. Ephesum recte petebant, qui ex Oriente iter versus Romam instituebant. Hæc non intellexit Interpolator: itaque reddidit, παραδοθεὶς γε ἐγὼ, ἀλλὰ τ διὰ χρεῖαν ἀναιρεθῆναι· sensu plane nullo. In MS. Anglicano, παραδοθεὶς γε τῶν· & in MSi margine, πιεῖσθε ἐστε τ. Sed vetus codex recte exhibet, πάροδος, eamque vocem Interpres agnoscit. Sensus est, *Vos in Epheso, per quam transeunt illi, qui in Oriente condemnati Romam mittuntur.*

P. 16. v. 24. Παύλε συμμύσαι] Qui participes facti estis mysterii S. Pauli à Domino immediate revelati, & ad Ephesios præcipue explicati, ut ipse explicat, Ephes. III. 4. V. Hieronym. præf. comm. in illam epist. Chrysost. in argumento, Εἰ δὲ νοημάτων μεσὴ ἡ ἐπιστολὴ ὑψηλῶν καὶ δογμάτων — καὶ ὑψηλῶν σφόδρα γέμει τ νοημάτων καὶ ἀπορήτων — λέγω δὲ καὶ τὰ βαθύτερα τῶν νοημάτων αὐτοῖς ἐμπεῦσαι. Inde, opinor, Origenes Celsum provocans ad sapientiam Pauli ex epistolis intelligendam, inter reliquas primam nominat epistolam ad Ephesios. p. 122. Paulo post S. Ignatium S. Polycarpus in epist. ad Philipp. ὅτε ἐγὼ, ὅτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δυνάται κατακολουθῆσαι τῇ σοφίᾳ τῦ μακαρίε καὶ ἐνδόξε Παύλε. Μύσαι, vox frequentissima apud omnes Scriptores. Sic alloquitur auditores suos Nazianz. Orat. 34. p. 537. τί τῦτο ἔπαθον, ὦ φίλοι, καὶ μύσαι, καὶ τ ἀληθείας σωφρασαί; Chrysost. hom. 72. & 85. in Matth. ἔστιν οἷ μύσαι τὸ λεγόμενον. Erant autem illi μύσαι & συμμύσαι nulli alii, quam πιστοὶ & fideles omnes, qui admittebantur ad Eucharistiam percipiendam: qui pariter participabant cum S. Paulo Eucharistiam, & in mysteriis fidei per ipsum præcipue instituti & eruditi sunt. Unde Veteres Ephesios *μύστας* signanter dictos putabant. Præclarus locus est, & ad hanc rem appositissimus in vetustissima Chrysostomi vita paullo post mortem ejus scripta, qui consuli & legi meretur.

P. 16. v. 25. Μεμαρτυρημένε] V. I. *Martyrizati.* Sine dubio intellexit cruentam ejus passionem. Sed videtur potius exponendum secundum S. Scripturæ loquendi modum.

P. 16. v. 28. Εν πάσῃ ὑπιστολῇ] Hieronymus contra Luciferianos: *& per omnem Pentecosten*: non per unamquamque Pentecosten, quasi quotannis in festo Pentecostes, sed per totam, per omnes dies quinquaginta, qui à Paschate ad Pentecosten numerabantur. Opus imperfect. Homil. 19. 579. *De quibus cavendis in omni epistola sua sollicite monet Apostolus.* Gravis autem controversia est de hac epistola S. Pauli, an ad Ephesios scripta sit: nam antiquitus legebatur τοῖς ἔσιν ..... sine ἐν Εφέσῳ c. I. v. 1. Τοῖς ἁγίοις πᾶσι MSS. & Marcion scriptam ad Laodicenos putabat, ut aliqui volunt.

Missa

Miſſa eſt per Tychicum, Aſianum quidem, Act. XX. 4. non Epheſium: ut illa ad Coloſſenſes cum iiſdem verbis: & videtur omnino illa ex Laodicea eſſe hæc ad Epheſios, quæ numeratur inter Eccleſias Aſiæ. Apoc. I. 11. Scripta eſt etiam è vinculis Romæ. Neque tamen ullibi indicat Apoſtolus ſe illos, ad quos ſcripſit, antea vidiſſe: neque Presbyteros eorum alloquitur, quos ante triennium mœſtos reliquerat, neque fratrem quenquam ſalutat, aut de Epheſio quopiam quærit. Miſſa eſt igitur hæc epiſtola ad Epheſios, ſed ſcripta tanquam ad Aſianos omnes: imo miſſa eſt & ad reliquas Aſiæ Eccleſias, & ad Laodicenos. Monendum igitur duxit Ignatius, quæcunque præclare de iis, ad quos ſcripſit, dicta ſunt, ea omnia ad Epheſios pertinere.

P. 16. v. penult. Πυκνῶς] Heſych. πυκνῶς, σωρηχῶς, συχνῶς. Cyrill. σωρηχῶς, πυκνῶς. De frequenti ſeu conferta & plena ſynaxi hæc intelligenda eſſe etiam illud ſuadet, quod de pace ſequitur, quæ intelligi ſolebat contra Schiſmaticos: ut Cyprianus de unitate, *Ad pacis præmium venire non poſſunt, qui pacem Domini diſcordiæ furore ruperunt.* Καὶ γέγονεν οὐκ ἐγκαίνια, ἀλλὰ σωλαξις τῆ συχνῆς. Athanaſ. in apologia ad Conſtantium.

Ibid. Επὶ τὸ αὐτὸ] V. I. *in id ipſum.* Phraſis ſcripturaria. Vulgata verſio, *hoc ipſum agitur.* Vide 1 Cor. XIV. 23. Act. IV. 26. & alibi. Interp. *in unum.* Act. II. 1. *in eodem loco.* Act. II. 44. *pariter.* Gloſſ. ὁμοῦ τὸ αὐτὸ, *ibidem, in id ipſum, in unum.* Eccleſ. XI. 6. Clem. Rom. ὁμοῦ τὸ αὐτὸ συναχθέντες.

P. 17. v. 6. Ητις ὄζιν] V. I. *quæ ſunt.* Videtur legiſſe, αἵτινές εἰσιν· quod videtur rectius, aut certe explicare voluiſſe Græca, ac ſi ita ſcripta fuiſſent: nam & Interpolator ἥτις retinet.

P. 17. v. 8. Θεοῦ ἐστιν] V. I. *Deus eſt,* ac ſi legiſſet θεὸς, perperam omnino. Non obſervavit Græcæ linguæ idiotiſmum. Interpolator multo melius θεοῦ ἄνθρωπον ἀποτελεῖ, ad ſenſum & mentem Auctoris explicandum.

P. 17. v. 9. Εἰς καλοκἀγαθίαν ἀκόλουθά ὄζι] V. I. *in bonitate ſequenda ſunt.* perperam. Non eſt ἀκολουθητέα, ſed ἀκόλουθα. Gloſſ. ἀκόλουθον, ὁμοῦ λόγῳ ἢ πράξεων. ἀκόλουθον *congruum, conſequens. Præter fidem & charitatem reliqua, utpote illis congrua & conſentanea.*

P. 17. v. 22. Ησυχίας] Philo Judæus ſæpe. Gloſſ. ἡσυχάω, *ſilentium.* ἡσυχοποιὸς, *Silentiarius.* Sic V. I. hunc locum exponit. Mox, πεῖα μυστήεια κραυγῆς, ἄπνα ἐν ἡσυχίᾳ θεῦ ἐπράχθη. Ut ibi ἡσυχία opponitur κραυγῇ, ita hic opponitur λόγῳ, & omnino σιγὴ vel σιωπὴν ſignificat, ut ipſe ante σιγᾷν uſurpavit.

P. 17. v. antepenult. Οἰκοφθόροι] Breviter exprimit 1 Cor. VI. 9. Heſych. οἰκοφθόρος, μοιχός. Gloſſ. οἰκοφθόρος, *domi corruptor.* Barnab. p. 249. ὁ πορνεύσεις, ὁ μοιχεύσεις, ὁ παιδοφθορήσεις.

P. 18. v. 20. Κατ' οἰκονομίαν θεῦ] V. I. *ſecundum diſpenſationem.* Vulg. *ſecundum diſpoſitionem.* Phraſis Paulina. Coloſſ. I. 25. 1 Tim. I. 4. ubi vulgo legitur οἰκοδομίαν θεῦ· minus recte, ut opinor. Beza teſtatur in multis vetuſtis codicibus legi οἰκονομίαν. Οἰκοδομία autem in N. Teſtamento nunquam legitur, ſed οἰκοδομὴ: alibi autem occurrit οἰκοδομία. Hæc vox de incarnatione Chriſti ſæpe uſurpata, ſed ab hæreticis ſæpe etiam uſurpatur, ut diſtinguerent.

rent Salvatorem superiorem ab eo, qui erat *dispositionis*. i. e. Οἰκονομίας. Iren. 280. A. & alibi sæpius. Reliquis postea Patribus eo sensu familiaris fuit. Orig. in Jo. 142. A.

P. 18. v. 25. Η παρθενία Μαρίας] Auctor operis imperfecti in Matth. Hom. V. *Ideo de desponsata & in domo habita natus est, ut partus Virginis diabolo celaretur.* Ante eum Origenes, Hieronymus, Ignatio nominato, S. Basilius sub nomine vetusti Scriptoris. Post eum Andreas apud Usserium, nominato etiam Ignatio, & Auctor ineditus apud Vossium. Vide quoque Leon. Serm. de nativitate Christi. Maximum Taurinensem Hom. 6. Euseb. demonstr. Evang. p. 499. D.

P. 18. v. 27. Κραυγῆς] *clamore, vociferatione, revelatione, & clarissima patefactione dignissima.*

P. 19. v. 24. Κλῶντες] MS. κλῶντ&. lege κλῶντας.

Ibid. Ος ἐστι φάρμακον] V. I. *quod est.* Legit igitur ὅ.

P. 19. v. penult. Οθεν δεδεμένος] Vinctus est igitur in Syria, Antiochiæ scilicet, quod asserendum est contra Blondellum, & ibi militibus traditus, ut ipse dicit in epist. ad Romanos.

ANNO-

ANNOTATIONES
D. JOANNIS PEARSONI
IN
EPISTOLAM
AD MAGNESIOS.

P. 20. v. 10. ΕΝ Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ] Hoc diligenter notavit Euſebius. Eam celebrant Strabo, Livius, & Ptolemæus. ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, ut diſtinguatur à Magneſia ὑπὸ Σιπύλῳ. Sic in fœdere Smyrnæorum & Magneſianorum, quum Magneſiæ & Magneſiorum ſæpiſſime mentio facta fuiſſet, tandem circa finem ad majorem certitudinem dicitur ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ. Quod certe neceſſarium fuit, quia Smyrnæi obligati juramentum Magneſiis dare ἀφ' τὴν μητέρα τὴν Σιπυληνήν. Inſcriptio in cœmeterio eccleſiæ Armenorum Smyrnæ, Ταπία Ηρωθέμιδος Μαγνῆτις ἀπὸ Σιπύλ. Μάγν. Σιπυ. in nummo apud Sponium: Μαγνήτων Σιπυλ. in nummo apud Patinum. Themiſtocles epiſt. XX. ad Polygnotum de rege Perſarum: Ἀφελὼν γὰρ ἥδη τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας, Μυόντα καὶ Λάμψακόν τε καὶ ἔτι Μαιάνδρῳ Μαγνησίαν ἐμοὶ δίδωσιν. Athenæus: Ἀπώλοντο δὲ καὶ Μαγνῆτες, οἱ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ἀφ' τὸ πλέον ἀναθήναι. l. XII. c. 5. Vel à montibus vel à fluviis diſtinguebantur urbes, quæ in Aſia minori erant cognomines. Ut hæc à Mæandro, ita Antiochia ad Mæandrum, & Apamea πρὸς Μαιάνδρῳ. Euſeb. 183. A. Pruſa ab Hyblio fluvio. Nummus Gallieni apud Patinum, Πρυσιέων πρὸς Ὑβλίῳ. p. 413. Ο δῆμος ὁ Λαοδικέων πρὸς Λύκῳ. Spon. tom. 3. p. 146. Latine etiam exprimitur, *Populus Laodicenſis A. F. Lyco.* i. e. à fluvio Lyco. Pindarus ejuſmodi urbes vocat οἰκήματα ποταμῶν. Horatius, *domus fluviorum.*

P. 20. v. 15. Περιειλόμην] Male Collectores, περιελόμην, *prætuli.* Onomaſticon V. περιαρέομαι, *præopto.* Περιαιρεῖται τῇ καρδίᾳ. 2 Cor. IX. 7.

P. 20. v. 16. Καταξιωθεὶς] V. I. *dignificatus.* Gloſſ. καταξίωται, *dignus judicatur.* Sed intelligendus eſt ex mente Apoſtoli, qui ſæpe ea voce utitur.

P. 20. v. 17. Ονόμα[τος θεοῦ.] Faber Stapulenſis putat nomen hoc eſſe Chriſtianum, alii Martyris aut Confeſſoris. Mihi videtur eſſe nomen, quod illi ab omnibus tributum eſt. Sc. Θεοφόρου· & adjungo, ἐν οἷς.

P. 20. v. 20. Πίστεώς τε καὶ ἀγάπης] Ita edidimus ex MS. Medicéo: cujus le-

 ctionis

ctionis veſtigium ſupereſt in veteri Interprete, *fidei, quod & charitatis*: nam pro τὲ legit τὸ, male.

P. 20. v. 23.] Επήρειαν] S. Paulus utitur, ἐπηρεάζω. Heſych. ἐπηρεάζει, βιάζει, ἐπήρεια, βία. Suid. ἐπήρεια, βλάβη. Idem, κυρίως ἡ τῶ πολέμω καταδρομή. Gloſſ. *calumnior, tempto*: *calumnia, temptatio.*

P. 20. v. 25. Ηξιώθην] V. I. rurſus, *dignificatus ſum.* Gloſſ. *dignatus*, ἀξιωθείς. *Dignati eſtis, ut vos viderem.*

P. 20. v. 26. Διὰ Δάμα] V. I. *per Dama*, male. Inſcriptio apud Thyatiram, Μάρκω Οὐλπίω Δάμα Παραδόξω. Male redditur, *Dama-Paradoxus.* Spon. tom. 3. p. 107. Αρχίας Δάμα Ταναγραῖος. Spon. t. 2. 123. Δάμας, Δάμα. Lat. *Dama.* Gruter. 991.13. P. L. Rabinius Dama. Reineſ. 835. S. Baſil. ep. 291. Inſignes Martyres memorantur Εὐψύχιος καὶ Δάμας.

Ibid. Τμῶν ἐπισκόπω] Euſeb. III. c. 36. Ετέραν δὲ τὰ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δάμα μνήμην πεποίηται. *Alteram autem* (epiſtolam dedit) *ad eccleſiam Magneſiæ, quæ ad Mæandrum ſita eſt, in qua etiam Damæ Epiſcopi mentionem facit.*

P. 20. v. penult. Σωπώνος.] MS. Med. & in codice Caienſi, *Zenonem.* Sed Græcum nomen retinet Interpolator, & agnoſcit vulgatus Interpres.

P. 21. v. 3. Μὴ συγκρᾶσθαι] Sed MS. habet συγκρᾶσθαι, de qua voce cogitandum. V. I. *non coïti.* Ita Gloſſ. συγκρῶμαι, *coïtor.* Jo. IV. 9. οὐ γὰρ συγχρῶνται Ιουδαῖοι Σαμαρείταις. *Judæi enim & Samaritæ nullo ad ſe invicem officio utuntur.* Unde σύγχρησις apud Clem. Alex. *conjunctus virtutis & veritatis uſus.* 318. C. Interpolator, μὴ καταφρονεῖν. In ſignificatione inde derivata, *nimis familiariter uti, deſpicere, vilipendere.* Συγκρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου. h. e. *vilipendere Epiſcopum propter ætatem*: de qua re monuit Timotheum Epiſcopum S. Paulus, 1 ep. IV. 12. μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω· nam familiaritas parit contemptum. Noluit Epheſiis contemptum exprobrare, ſed tantummodo cauſſam removere, ſc. familiaritatem nimiam, quam oriri inde noverat, quod Epiſcopus juvenis eſſet.

P. 21. v. 21. Οὐκ εὐσωμείσθητι] Clem. Alex. ſæpe. Orig. in Matth. 381. & in Jo. 87. D. πῶς χαρίσῃ εὐσωμεῖσθαι δεῖ ἐξετάζειν. Cyrill. Catech. 16. B. 22. C. vide etiam Artemidorum l. I. c. 22.

P. 21. v. 23. Κατ' ἐντολήν] Barn. ὅτε οὖν ἐποίησεν ἐντολήν. 219.

P. 21. v. 26. Τὸν ἴδιον τόπον] De Juda legimus, Act. I. 25. πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Unicuique ſc. ſuus poſt mortem aſſignatus eſt locus. Sic apud Clem. Roman. Petrus dicitur abiiſſe εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. Paulus autem εἰς τὸν ἅγιον τόπον.

P. 22. v. 1. Επεὶ οὖν] Exhortationem ad unitatem hic inſtituit bene longam. V. Vindicias noſtras, p. 55.

P. 22. v. 3. Καὶ ἀγάπῃ] V. I. *& dilectione.* Nihil igitur muto. Moneo tamen in MS. haberi, ἠγάπησα, ſenſu bono, & fortaſſe vero. Certe codex Anglicanus retinet ἠγάπησα, ut & Auguſtanus.

P. 22. v. 12. Κλινέτω τῷ πλησίον] Ita in Edit. Voſſ. In MS. Medicéo, βλεπέτω τὸν πλησίον. V. I. *adſpiciat proximum.* Interpolator, βλεπέτω τὸν πλησίον. Quæ vera lectio eſt.

P. 22.

P. 22. v. 22. Μία προσευχή, μία δέησις] 1 Tim. II. 1. V. Orig. contra Celſum. 178. A.

P. 22. v. 24. Εις ὄρνιν] Interp. *quod*, corrupte: forte legit ὅ.

P. 22. v. 26. Ως ὅπι ἕνα Ιησοῦν] Ως εἰς ἕνα Ιησοῦν. V. I. *ut in unum.* Addimus *ut* hoc loco ex codice Montacutii apud Uſſerium.

P. 22. v. antepen. Μὴ πλανᾶσθε ταῖς ἑτεροδοξίαις] Hæc eſt ſecunda hujus epiſtolæ pars, qua eos maxime præmunit contra hæreticos, eos præcipue, qui Judaiſmum introducere conabantur, contra quos clare & expreſſe diſputat. Erant autem ii ea tempeſtate, qui divinam Chriſti naturam negabant, ut Ebionitæ, Cerinthiani, Nazaræi, & Helxaïtæ. V. Vindicias, p. 55.

P. 22. v. penult. Μυθεύμασι] Ιουδαϊκὴ μυθολογία. Orig. contra Celſ.

P. 22. v. ult. Αγωφελέσιν οὖσιν] Hieronymus ad Oſeæ cap. 3. de Judæis loquens, *Illi*, inquit, *res inutiles amant, traditiones hominum, & deuteroſeos ſomnia diligentes.*

Ibid. Κατὰ νόμον] De his contra Celſ. p. 272. Ἐζωσαι δέ τινες &c.

Ibid. Κατὰ νόμον Ιουδαϊσμὸν] Νόμον eſt gloſſa. V. I. *Secundum Judaïſmum*, rectius ſine dubio, prout ſcriptum erat in antiquo codice, quo uſus eſt Interpres. Gloſſa inde primo appoſita, mox in textum recepta. An Ιουδαϊσμὸν ζῆν, *ſecundum legem, vitam Judaïcam agimus?* Vix illud concedendum.

P. 23. v. 13. Μηκέτι σαββατίζοντες] V. I. *Non amplius ſabbatizantes.* Σαββατίζειν eſt *ſabbatum obſervare*, ſive *celebrare*: quod faciebant Judæi. Hunc morem Eccleſia obſervavit tunc, quum Auctor hic ſcripſit: non ergo quarto ſeculo ſcripſit, ut vult Dallæus: tunc enim Chriſtiani ſabbatum obſervabant, præter Dominicam. Canon Apoſtol. LXVI. Depoſitio interminatur cuivis Clerico, *qui aut die Dominico aut ſabbato, uno excepto, jejunaret.* Aliqua igitur ſabbati obſervatio fuit, quando hic canon ſcriptus eſt. Scriptus autem ille eſt, poſtquam Græci Paſcha Dominicum celebrabant, & antequam Romani ſabbatis jejunabant. Non igitur hoc factum eſt ideo tantum, quod Marcionem averſarentur, qui mortuus eſt, antequam Dominica Paſchalis apud Græcos obtinebat.

Ibid. Κατὰ κυριακὴν ζωὴν ζῶντες] V. I. *Secundum Dominicam viventes*: ubi deeſſe *vitam* apparet. V. Cotelerium, qui ζωὴν importune hic inſertam putat, *locumque obſcurare exiſtimat.* Clariora hæc quidem ſunt, ſi vocem ζωὴν omittamus, quam vetus Interpres non agnoſcit. Si autem retineamus, eamque non cum præcedenti κυριακὴν, ſed cum ſequenti ζῶντες conjungamus, idem plane ſenſus erit. Ζῆν & ζωὴν ζῆν idem Græce ſignificat. S. Joannes primo κυριακὴν vocavit, ſecundus Ignatius: vel fortaſſe primo S. Paulus. 1 Cor. XVI. 2. ubi Cod. Wechel. κατὰ μίαν σαββάτων pro κυριακήν.

P. 23. v. 14. Οὐ τινες ἀρνοῦνται] V. I. *quod quidam negant.* Ad marginem in editione Amſtel. *alii quem.* Inde Obſervator *quam* expiſcatus eſt: *Alii*, inquit, *ad Chriſtum ipſum referentes, ſic reddiderunt, quem quidam negant.* Quinam, quæſo, hi alii ſunt, qui legebant *quem?* Vulgatus Interpres neque *quod*, neque *quem* reddit: nam Interpolator hæc verba Græce non habet: ſed pro more ſuo alia eorum loco adhibuit, quæ ſententiam magis perſpicuam reddere putavit. Notaverat quidem Uſſerius, unum codicem

veteris Interpretis habere *quod*, alterum *quem*: ſed ad hæc verba notatio illa non ſpectabat, verum ad ſequentia, *per quod*, & *per quem*. Sed in MS. codice οἵπνες ἀρνῶν]. Interpres ſecundum utrumque codicem MS. *quod quidam*. Habemus igitur unam lectionem Græcam, & unam Latinam, ſed à Græca diverſam. Græca defendi non poteſt, ſed nec Latina, niſi in ſuo codice Interpres viderit ſcriptum, ὅ πνες· inde ex acuto accentu factum eſt οἵπνες. Sed videndum an Græca lectio defendi poſſit ex ſequentibus: ὅν πνις ἀρνῶν]. Hinc colligit Obſervator, eos, contra quos hic ſcribit Ignatius, mortem Chriſti negaſſe. p. 167.

P. 23. v. 16. Ὑπομένωμεν] V. I. *ſuſtinemus*, pro *ſuſtineamus*.

P. 23. v. 21. Ον δικαίως ἀνέμενον] V. I. *quem juſte exſpectabant*. Sic codex Montacutii rectè: male Caienſis *quod*.

P. 23. v. 25. Μιμήσεται] Caienſis, *perſequeretur*. Mont. *perſequatur*: forte *perſequetur*. Interpolator μωμήσεται· ſed vulgatus Interpres *tentaverit*. nam & in Anglicano codice μιμήσε].

P. 23. v. 29. Ὑπόθεσθε] V. I. *deponite*, vel *ſeponite*. *præterite*, *omittite*, *rejicite*. Codex Nidpruccianus, ἀπόθεσθε· quod & noſter Interpres refert. Sed melius ὑπέρθεσθε, ut Medicéus, Auguſtanus, & Anglicanus codex. Suidas, ὑπερπίθεται, ἀναβάλλεται. Τὸ παρὸν ὑπερθέμενος, *dilatione in præſens facta*. Artemid. 236.

P. 23. v. antepenult. Τὴν παλαιωθεῖσαν] V. I. *inveteratum*, i. e. *antiquatum*. 1 Cor. V. 7. τὴν παλαιὰν ζύμην. V. Orig. in Matth. 270. A. De Euſtathio Epiſcopo Antiochiæ Chryſoſtomus, in encomio, Ἐζύμωσεν ἅπαντας εἰς τὴν ἀληθῆ πίστιν, ἣν ὁ θεσπέσιος ἀπέστη, ἕως ὁ θεὸς τὸν μακάριον Μελέτιον παρεσκεύασεν ἐλθόντα τὸ φύραμα ἅπαν λαβεῖν. *Ad veram fidem omnes fermentavit, nec prius deceſſit, quam Deus beatum Meletium præparaſſet ad totam maſſam percipiendam.*

P. 23. v. penult. Ἐνοξίσασαν] V. I. *exacuens*, male: forte ſcripſit *exaceſcens*. Ὀξύω & ὀξόω *acuo*: ſed ὀξίζω aliud, *aceſco*. Onom. V. *Aceo*, *aceſco*, ὀξύζω· male, pro ὀξίζω.

Ibid. Νέαν ζύμην] Νέα ζύμη *Chriſtus*, h. e. *doctrina à Chriſto revelata*: unde ad ſalem tranſit, quem loco fermenti adhibere Chriſtus videtur. Novum hoc fermentum eſt, quod declaratur. Matth. XIII. 33. Luc. XIII. 21.

P. 23. v. ult. Ἁλίσθητε] V. I. *ſalvificemini*, pro *ſalificemini*, i. e. *ſalimini*: ut rectè obſervavit Voſſius. Matth. V. 13. Marc. IX. 49. Gloſſ. ἅλισις, *ſalitura*. Interpolator, συλήσθητε. Interpres ejus, *exſultate*. Quæ ab loco aliena ſunt. Quamvis Interpolator ἁλίσθητε accepiſſe videtur pro *congregemini*, ſive συναλίσθητε· quod non inepte reddi poteſt, συναυλίσθητε, *ſimul conjuncti & uniti vivite*. ut in Act. I. 4. συναλιζόμενος· ubi aliqui legebant συναυλιζόμενος, ut Epiphanius & Beda. De qua voce legimus apud Heſychium, συναλιζόμενος, συναλισθεὶς, συναχθεὶς, συναθροισθείς.

P. 24. v. 2. Ὀσμῆς] V. I. *ab odore*. Metaphoram enim Auctor perſequitur, uti ſolet: nam ex putredine malus odor. Artemid. l. V. ſomnio 4. ἡ δὲ ὀδμὴ τὸ μὴ λαθεῖν αὐτὸν ἐσόμενα.

Ibid. Ἐλεγχθήσεσθε] Ita ſcripſimus ex MS. pro ἐλεγθήσεται· tum re ipſa hoc poſtulante, tum etiam Interprete, qui reddidit, *redarguemini*.

P. 24.

P. 24. v. 3. Καλεῖν] MS. habet λαλεῖν. Interpres, *præfari.* Interpol. λαλεῖν ὅπ γλώσης.

P. 24. v. 6. Συνήχθη] V. I. *congregaretur.* συναχθῇ. Interpol. mutans tenorem ſententiæ habet συνήχθη.

P. 24. v. 10. Περφυλάσσεσθαι] V. I. *præſervari*: minus recte. Gloſſ. περφυλάσσομαι, *præcaveo.*

P. 24. v. 14. Ηγεμονίας] V. I. *ducatus.* male. potius, *procurationis.* Ηγεμών *procurator.*

P. 24. v. 23. Εντρέπεσθε] V. I. *verecundamini.* Gloſſ. ἐντρέπομαι, *verecundor, revereor. Verecundatur,* ἐντρέπει.

P. 24. v. 28. Καταδεδωδῶτε] V. I. *proſperentur*: ac ſi legiſſet, κεκαυδωδῶ.

ANNO·

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [143] - 45
PUBLIC DOMAIN

ANNOTATIONES
D. JOANNIS PEARSONI
IN
EPISTOLAM
AD PHILADELPHENSES.

P. 25. Φιλαδελφῶσιν] Interpres, *ad Philadelphicos*: potius *Philadelphenſes*. v. 23. Male poſteriores, *ad Philadelphenos*. Steph. ὁ πολίτης Φιλαδελφεύς. S. Hieronymus in Ignatio: *Inde egrediens, ſcripſit ad Philadelpheos*. Nam cives Philadelphiæ Aſiaticæ Φιλαδελφινοὶ non dicebantur, ſed tantum Philadelphiæ Syriacæ. Joſephus initio libri XX. Steph. Φιλαδελφία πόλις Λυδίας. Θεοδόσιος ὅπάτικοπος Φιλαδελφίας Λυδίας. Steph. Τεῖτη Φιλαδελφία ὅπφανὴς πόλις Συρίας.

P. 25. v. 27. Τῆς Ασίας] Ut ab iis diſtinguat, quæ extra Aſiam, imo ut oſtendat eandem eſſe, ad quam ſcripſit S. Joannes Apocal. c. I. 4. Eccleſiæ in Aſia eæ ſunt. v. 11. *Epheſus, Smyrna, Pergamus, Thyatira, Sardis, Philadelphia, Laodicæa.* Ad tres ex his ſcripſit Ignatius. Obſervant Grammatici, Europæ & Aſiæ nomina Homeri ætate nondum obtinuiſſe.

P. 26. v. 14. Καταπέπλωσμαι] Heſych. καλαπεπληγὼς, καλαπεπληκώς. Gloſſ. καλαπλήσσομαι. *obſtupeſco, ſtupeo, ſtupeſco.* Ita Interpres, *obſtupui.* h. e. *valde admiratus ſum.*

P. 26. v. 26. Λύκοι] S. Paulus Act. XX. 29. Λύκοι βαρεῖς· Euſeb. in præf. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Auctor Reſp. ad quæſt. 4. Διὰ τὴν αἰτίαν λύκοι βαρεῖς ὑπὸ τ Αποστόλων ὠνομάσθησαν, οἱ τῶν αἱρέσεων ἀρχηγοί. Rhodon vocavit Marcionem λύκον Ποντικόν. Ita Nazianz. Orat. XXXIV. p. 537. — Λύκ Αρειανικὸς, ἢ ἀλλόφυλ, ἢ ἢ τέτων ὀξύτερ τοῖς σοφίσμασιν. Cyril. Hieroſol. Catech. VII. συναλάζε τοῖς θεοβάτοις, φεῦγε τὸς λύκυς, τ ἐκκλησίας μὴ ἀναχάρε.

Ibid. Αξιόπιστοι] Ut ante in epiſt. ad Polycarp. §. III. Putaret aliquis legendum eſſe ἀναξιόπιστοι· ſed hæreticos intelligit, qui, quum fide digni maxime videri videntur, tum fallunt. Ariſtides de oratione Politica. p. 654. ἀξιοπιστίας δὲ ἢ τὸ ὅπκαταψεύδεσθαι &c. Hi ſunt epiſt. ad Trall. §. VI. κατ' ἀξίαν πεσυμβύοι. Gloſſ. *Tetricus, durus, ſeverus.* αὐσηρὸς, σύαερὸς, ἀξιόπιστος. De hæreticis Epiphanius. hær. XIX. τὸ πεπλασμένον σύαερὸν, ἢ θεὸς ἀπάτων ἕτοιμον. Ita Lucianus Alexandrum Pſeudomantin deſcribit. 176. 36. Ita apud Euſeb. Pſeudo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [144] - 46
PUBLIC DOMAIN

Pſeudoprophetæ deſcribuntur. l. II. c. 20. ex Joſepho, & l. V. c. 16. De Themiſone antiquus Auctor apud Euſeb. l. V. c. 18. ὅτι δὲ ἐκ Θερμίζων ὁ τὴν ἀξιόπιστον παλιγενεξίαν ἠμφισμένων· quem locum nullus Interpretum intellexit.

P. 26. v. 27. Αἰχμαλωτίζωσιν] 2 Tim. III. 6. Hoc expreſſit Irenæus in præfatione de hæreticis ſui temporis: διὰ τὸ φανέρως συσκεκρυμμένης πλάνης παρεισάγωσι τὸν τοιοῦτον τῶν ἁπλουστέρων, καὶ αἰχμαλωτίζωσιν αὐτούς· & paullo poſt, ἵνα οὖν μὴ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν συναρπάζωσί τινες, ὡς πρέβατα ὑπὸ λύκων. & rurſus, p. 18. B. αἰχμαλωτίζωσι ἀπὸ τῆς ἀληθείας, τὸν μὴ ἔδραίαν τὴν πίστιν . . . . . ἀφυλάσσοντας.

P. 26. v. 29. Ἀνέχεσθε] V. I. *Recedite.* An legit, ἀπέχεσθε; Sed & ita vertit in epiſt. ad Trall. §. VI.

P. 26. v. penult. Φυτείαν πατρὸς] V. I. *plantationem Patris.* Orig. contra Celſ. p. 161. καὶ καταφυτεύειν φυτείαν τοῦ κατὰ θεὸν γεωργίου. Ita V. I. apud Matt. c. XV. v. 13. πᾶσα φυτεία, *omnis plantatio.* Beza, *omnis planta.*

P. 26. v. ult. Ἀποδιϋλισμένον] V. I. *abſtractionem*: quæ licet mala verſio ſit, veram tamen lectionem indicat. Idem enim in epigraphe epiſtolæ ad Romanos, ἀποδιϋλισμένοις reddidit *abſtractis.* Legit enim ἀποδιϋλισμὸν, quod rectum, *ſeparationem factam, defæcationem, percolationem, percribrationem*: quod Interpolator exprimere non potuit, ideoque prudens omiſit: & ejus Interpres in epigraphe epiſt. ad Romanos ἀποδιϋλισμένοις reddidit *ablutis.* Hic autem *ablutionem* reddere non potuit. Suid. διύλισις, διήθησις. l. διύλισις· διϋλίζοντες. Matt. XXIII. 24. Heſych. διϋλίζοντες, διηθεύοντες, διηθοῦντες. Ipſe in inſcriptione ep. ad Romanos, ἀποδιϋλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος. Gloſſ. διϋλίζω, *defæco, fæco, facco, percolo.* διυλίζει, *deliquat, eluit, defæcat.* Ita Latino-Græc. *defæcat,* διϋλίζει, διηθεῖ· & *defæco,* διϋλίζω. Suid. ἀφαιρεῖν, ἀφχωελεῖν, διϋλιεῖν. Heſych. πτυγητὸς, ὑλισής. Gloſſ. *percolo,* διηθῶ, διϋλίζω. *colat,* ὑλίζει, διηθεῖ· ὑλίζω, διϋλίζω, ἀποδιϋλίζω, *colare, percolare.* διϋλισμὸς Clem. Alex. Pædagogi l. I. 96. B. *Gnoſtici,* inquit, *vocabant meliorum recordationem* διϋλισμὸν τοῦ πνεύματος *percolationem Spiritus*: quam ipſe ſic interpretatur, διϋλισμὸν δὲ νοῦσι τὴν ἀπὸ τῆς ὑπομνήσεως τῶν ἀμεινόνων χειρόνων χωρισμόν. Idem Chriſtianos dicit διϋλισμένους βαπτίσματι. 802. col. 1. πνεύματα ἀκάθαρτα συμπεπλεγμένα τῇ ψυχῇ διυλίζεσθαι — Ita Valentiniani apud Iren. l. I. c. 11. unde Clemens explicandus eſt.

P. 27. v. 9. Οὐ συγκατίθεται] V. I. *non concordat.* potius, *non credit, non præbet aſſenſum.* Λύσεις τοιαῦται συγκατάθεσιν ὀπιπτώμωμαι· in Jo. 76. A. πιστεύοντων συγκατάθεσις. 86. D.

P. 27. v. 20. Ἀνάρπαστος] Gloſſ. ἀνάρπαστος, *abreptitius.* Joſephus. p. 428. Δικαίως δὲ ἔλεγεν Αριστόβουλον μὴ εἰς Ῥώμην ἀνάρπαστον γεγονέναι. Cujus caſus erat huic Ignatii ſimilis. Erat enim è terra ſua Romam in vinculis abductus. Ita ipſe Joſeph. p. 423. de Pompejo, Ἐπεὶ εἰς Ῥώμην ἐπείγετο δὲ μὴ τῆς γενεᾶς καὶ Αριστόβουλον δεδεμένον. V. I. *Romam perrexit: ducebat etiam cum ſua generatione Ariſtobulum vinctum.* pro ἐπείγετο l. ἐπήγετο, vel ἀπήγετο. Plut. 257. C. Δύο ἦν ἀνάρπαστος καὶ σωρείλκητο καὶ δεδεὶς, ὑπὸ τῶν Λιβύων ἐπρεῖτο. Chryſoſt. Orat. p. 502. 20. ἐν μέσῃ ἀνηρπάζοντο τῇ ἀγορᾷ ἅπαντες. Sed ἀναπάρπαστος potius legendum videtur, ut Interpolator habet. Gloſſ. *imperfectum,* ἀναπάρπαστον. Ita ipſe ad Epheſios Sect. III. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι ἐν τῷ ὀνόματι, ἔτι ἀπάρπαστος ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ.

P. 27. v. 21.

P. 27. v. 21. Εἰς θεὸν] V. I. hæc non agnoſcit, ſed ſunt in vulgata editione.

Ibid. Ἀπαρτίσει] Vox à Philoſophis uſurpata, ut à Phavorino Synchrono, quem ſæpiſſime corripit Phrynichus, ut minus Atticum. p. 84. ἀπερισμύνον, ἀπάρτιγα, ἢ τὰ ἀπὸ τόπων ἅπαντα σύλοικα.

P. 27. v. 22. Προσφυγὼν] V. I. *confugiens* : ita igitur Græce legit, & eodem modo etiam Vulgatus. Vetus mendum ex abbreviatione natum. Puto enim legendum προσφύγωμεν, ut reſpondeat τῷ ἀγαπῶμεν· *confugiamus ad Evangelium & Apoſtolos* : h. e. ad Novum Teſtamentum. Sic enim locuti ſunt vetuſtiſſimi Chriſtiani. *Amemus etiam Prophetas* : h. e. Vetus Teſtamentum à Prophetis ſcriptum. Interpolator quum legiſſet προσφυγὼν, pro ἀγαπῶμεν poſtea ſcripſit ἀγαπᾷ.

P. 27. v. penult. ἑρμηνεύῃ] V. I. *Interpretetur* : nimis ſtricte & dilute. Ερμηνεύειν majus aliquid ſignificat. Celſus apud Orig. lib. III. 146. δεῖ δὲ σωθήσονται τοῖς πᾶσιν ἑρμηνεύειν ἀγαθόν.

P. 28. v. 1. Περιτομὴν ἔχοντες] Multi enim Judæi Chriſtianam fidem amplexi ſunt, contra quos Judæum diſputantem introduxit Celſus non diu poſt mortem Ignatii, & Origenes, qui toto ſeculo & amplius poſt Celſum ſcripſit, male reſpondit. l. II. 56.

Ibid. Χειστιανισμὸν] Quære, an ut Antiochiæ primo nomen Χειστιανὸς, ita ab Ignatio primum uſurpata vox Χειστιανισμός ;

P. 28. v. 2. Ἀκρόβυστου] S. Paulus ſæpe ἀκροβυστία utitur, nunquam ἀκρόβυστος. Sed illi dicitur ὁ ἐν ἀκροβυστίᾳ. 1 Cor. VII. 18. & ita ἀκρόβυστος opponitur τῷ περιτεμνομένῳ ſive περιτετμημένῳ.

P. 28. v. 4. Στῆλαι] V. I. *columnæ*. Vulg. *Statuæ*, potius *cippi*. Clem. Alex. 574. D. vide Steph. in voce Σύβαρις, & corrige verſionem ex Athenæo. Hegeſippus apud Euſeb. l. II. c. 23. Καὶ ἐπ αὐτῆ ἡ στήλη μόνη περὶ τῷ ναῷ. V. Valeſii notas. p. 32.

P. 28. v. 22. Μεγάλῃ φωνῇ] V. I. *magna voce, Dei voce*. Forte *Dei voce* eſt explicatio : ſed potius Interpretem legiſſe puto, θεῷ φωνῇ, & hæc verba prætermiſſa fuiſſe in Græcis à Librario, ut fieri ſolet, ubi eadem vox repetitur.

P. 29. v. 7. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς] Tranſitus hic fit ad eos refutandos, qui tunc Judaïzabant, nihilque admittere voluere ex Evangelio depromptum, niſi quod ex lege Judaïca probari potuit. Monet igitur Fideles, ut ab altercatione cum talibus Hæreticis abſtineant, nihilque faciant καθ' ἐρίθειαν (Suid. ἐρίθεια, ἡ ἀφὰ λόγων φιλονεικία, *contentio, quæ fit verbis*, ubi vane & contentioſe ſerra ducitur. *Ambitus*, κενοδοξία, ἐρίθεια) ſed ut omnia faciant κατὰ Χειστομάθειαν, *ſecundum eam doctrinam, quam à Chriſto iidem didicerant*. Opponit enim per quandam ἀνάκλασιν Χριστομάθειαν contra ἐρίθειαν, ut tanquam Χειστοῦ μαθηταὶ illius doctrinam amplecterentur, vel eam, quam ἀπὸ Χειστοῦ μαθητῶν *à diſcipulis Chriſti* vel ipſi hauſerant, vel ab iis traditam acceperant. Hanc cautionem urget ab experientia. Novit enim, quod tales Hæretici, quando cum ipſo diſputabant, dicere ſolebant : quales erant, qui primo Antiochiæ populum docebant legem adimplere : & ſine dubio illic etiam poſtea eandem doctrinam prædicabant, & in Aſia. Cerinthus enim illic potiſſimum verſatus eſt. Ἐγένετο δὲ ἔτος ὁ Κήρινθος ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἀφιστέλεων, κἀκεῖσε τὸ κηρύγμα-

τος

τοῦ τὴν ἀρχὴν πεποιημένου. Epiphan. Idem de Ebione, Οὗτος μὲν ἦν ὁ Ἐβίων, ᾧ αὐτὸς ἐν τῇ Ἀσίᾳ εἶχε τὸ κήρυγμα. Ipse igitur, cum hujusmodi hæreticis sæpe congressus, in litem & jurgium incidit. Idem igitur consilium dat de Ebionis & Cerinthi discipulis, qui tunc in Asia dispersi erant.

P. 29. v. 13. Πρόκειται] Πρόκειται, i. e. *prius scriptum invenitur.* Vox sæpissime usitata. Athen. p. 646. Μνημονεύει αὐτῆς Ἐφιππος. Ἐν Κύδωνι προκεῖται τὸ μαρτύριον. Interpres, *Eorundem meminit & Ephippus. Testimonium exstat in Cydone.* minus recte. *Eorundem meminit Ephippus in Cydone. Testimonium in superioribus habetur,* sive *ante citatum & productum est.* nempe pag. 642.

P. 29. v. 15. Τὰ ἄθικτα] V. I. *inapproximabilia*: legit igitur ἀθίκτα. Cyrilli Lex. Ἀθικτον, ἀψηλάφητον, ubi pariter legendum ἄθικτον. Θήγειν, ἅψασθαι· pro Θίγειν. In omnibus enim libris MSS. & inscriptionibus η sæpe pro ι ponitur ex vulgari vitiosa Græcorum pronunciatione. A θήγω igitur, non à θίγω. Θίγειν, ψαῦσαι, ἅψασθαι, ἄθικτον, *intactum, inviolatum, & etiam purum, seu minime inquinatum.* Hesych. Θιγμάτων, μιασμάτων. Sunt enim, quæ vel tactu violantur, aut etiam inquinantur. Gloss. Ἀθικλος, *intactus, illibatus, intemeratus*: & Ἀθικλα, *illibata.* Illa igitur Archiva sunt illibata, intemerata, & pura, quibus mors & resurrectio Christi, & ex illis nata fides continentur. Suid. Εὔθικλον, εὐαρὲς, εὐψηλάφητον.

P. 29. v. 19. Καλοὶ οἱ ἱερεῖς] Locus hic valde insignis est, quo distinctio ponitur inter Sacerdotes & summum Sacerdotem. Summus autem Sacerdos attribuitur Christo. Ebr. IV. 14. Clem. Rom. p. 75. Orig. in Matth. 410. D. Vide Acta S. Polycarpi.

Ibid. Κρεῖσσον δὲ] Videtur potius legendum, κρείσσων· sed nihil mutandum: quia κρεῖσσον legebat Interpres, *melius.*

P. 29. v. 22. Αὐτὸς ἂν θύρα] An ὤν; Clem. Rom. p. 47. de quo male censet Photius. Clem. Alex. Strom. l. VI.

P. 29. v. 23. Δι' ἧς εἰσέρχονται] Orig. t. 2. in Jo. 179. B. in Cantic. 74. H.

P. 29. v. 25. Εἰς ἑνότητα θεοῦ] V. I. *in unitatem fidei.* an legit πίστεως? Hæc omnia clarissime ad Christum referuntur, cujus legalis Pontifex typus tantum fuit. Ille enim non tantum *Pontifex*, sed & *janua* est. Christus ipse se *januam* vocavit. Jo. X. 7, 9. & ipsis Apostolicis temporibus hæc vox sæpe usurpata est: unde illa ad Jacobum Justum, Ἀπάγγειλον ἡμῖν, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, *doce nos, quod sit ostium Jesu crucifixi.* ut refert Hegesippus apud Euseb. lib. II. c. 23. Ipse est, qui aperit *ostium* verbi. 2 Cor. II. 12. Coloss. IV. 3. Apoc. III. 8. θύρα τῆς πίστεως. Act. XIV. 27. θύρα πίστεως.

P. 29. v. antepen. Ἀπάρτισμα] Luc. XIV. 28. ἀπαρτισμός.

P. 30. v. 16. Ἀνδρὸς μεμαρτυρημένου] Ut paullo post, ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ. Hæc proprie de Diacono dicuntur. Act. VI. 3. μαρτυρέμενον. Act. X. 22. & XXII. 12. 1 Thess. II. 12. 1 Tim. V. 10. III Epist. Jo. v. 12.

P. 30. v. 18. Ῥέῳ] Interpol. ῥαΐῳ vel Γαΐῳ. Unde Baronius ad annum Christi CXII. §. 8. *Erat pariter Agathopus Diaconus: putatur ejusdem quoque fuisse ordinis Gavia, eo nomine vir dictus, Ignatii studiosissimus.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [147] - 49
PUBLIC DOMAIN

ANNOTATIONES
D. JOANNIS PEARSONI
IN
EPISTOLAM
AD TRALLIANOS.

P. 31. Τραλλιανοῖς] Ita in MS. V. I. *ad Tralleſios*, ac ſi legiſſet, πρὸς Τραλλησίους, ut apud Interpolatorem exſtat. Sed probanda eſt MS. codicis lectio. De hac urbe agens Stephanus, inquit, τὸ ἐθνικὸν Τραλλιανός. In martyrio S. Polycarpi, ὅτι ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ. Inter Olympionicas Ἀρτεμίδωρος Τραλλιανὸς παγκράπον. Olymp. 193. Τιμόθεος Τραλλιανὸς στάδιον. Olymp. 163. Aſclepius Trallianus Nicomachi Arithmeticam commentario illuſtravit. Anthemius Trallianus, celeberrimus templi S. Sophiæ Architectus. Procop. Suid. Παυλίων Τραλλιανὸς σοφιστὴς καὶ φιλόσοφος. Eunap. p. 124. Ἐξ Ἀσίας τῆς Τραλλιανῶν πόλεως. De Trallianis Strabo ſæpe. Phlegon Trallianus hoc tempore vixit, poſtea Hadriani *libertus*. Alexander Trallianus, Medicus inſignis. Πύθιος Τραλλιανῶν. Inſcript. Spanhem. in Juliani Cæſares p. 312.

P. 31. v. 4. Τῇ οὔσῃ ἐν Τράλλεσι] Τῇ ἐν Τράλλεσι Euſeb. *ad Trallenſes* Hieronymus: ſed Græcus ejus Interpres, πρὸς Τραλλιανούς, recte. Τράλλεις nomen urbis, plerumque numero plurali. Juvenalis,

Ille Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis.

Euſebii Chronicon, *Tralles terræ motu ceciderunt*: unde Balbum quendam Trallianum, qui vixit ſub Marco & Commodo, vocat Phrynichus. τὸν ἀπὸ Τράλλεων. pag. 78. Chriſtodorus Epicus ſcripſit πάτρια Τράλλεων. Suid. v. Χειρόδωρος. Philoſtratus in Polemone de Munatio, ὁ δὲ ἀνὴρ ἦτορ ἐκ Τράλλεων. Apollonius Aphrodiſienſis Hiſtoricus ſcripſit librum περὶ Τράλλεων, teſte Suida. Cives etiam ab antiquis Latinis *Tralles* dicebantur, ut à Varrone apud Apulejum, p. 52.

Ibid. Τῆς Ἀσίας] Steph. *Lydiæ*, Xen. *Phrygiæ*. Τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ dixerat de Magneſia, non dicit de Trallibus, quamvis & illa πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ πόλει, ut Steph. Sed ſatis eam diſtinxerat, quia alia urbs Tralles in Aſia non fuit. In Caria quidem urbem quandam ponit Stephanus, quæ prius Charax, poſtea *Trallis* dicebatur. Ἐστὶ καὶ Καρίας ἄλλη πόλις Χάραξ, ἡ νῦν Τράλλις. 1 Pet. I. 1. Πόντου,

Πόντου, Κιλικίας, Καππαδοκίας, Ασίας καὶ Βιθυνίας. Ita apud Phrynichum distinguuntur Bithyni & Asiani. p. 40. Sic Derbæi & Asiani. Act. XX. 4. Πόντου καὶ τῆς Ασίας. II. 9. Κιλικίας καὶ Ασίας. VI. 9. *Septem Asiæ ecclesiæ.* Apoc. I. 4. Non erant in hac Asia Pontus, neque Bithynia, neque Cilicia, neque Cappadocia.

P. 31. v. 15. Πολύβιος] Hujus meminit Eusebius.

P. 31. v. 21. Εὔνοιαν] V. I. *æquanimitatem*: melius Vulgatus, *benevolentiam.*

P. 31. v. 22. Εδοξα εὑρὼν] V. I. *gloriatus sum inveniens.* pessime, quasi idem esset, quod ἐδόξασα, aut quasi ἐδόξασα sine voce aliqua sequente significaret *gloriari. Videbar invenisse*, à δοκέω, non à δοξάζω.

P. 32. v. 15. Εξεμπλάριον] V. I. *exemplarium.* Vulgatus *exempla*: corrupte, ut opinor, pro *exemplar.* Quamvis Latina vox est à Græcis usurpata, potius tamen *exemplar* dicitur, quam *exemplarium.*

P. 32. v. 17. Τὸ κατάστημα] V. I. *compositio.* Vulg. *institutio.* Tit. II. 3. Orig. de martyrio, pag. 293. κατάστημα χειμερινόν. in Matth. 294. D. Cœlius Aurelianus lib. I. c. 2. *Quidam Medici etiam attendunt aëris qualitatem, quam catastema vocant.* Dioscorides 397. F. *Constitutio*, καταστασις. Orig. in Jo. 27. C. κατάστημα τῆς πόλεως. Jos. 763. 21. βλέπεις μοι τὸ σεμνὸν τοῦτο τῆς ἐκκλησίας κατάστημα. Cyril. præf. in Catecheses. pag. 3. A. Plato, τῆς ψυχῆς ἴλεφ ὸν καταστασιν. Καταστάσεις Stoïcorum Cicero vertit, nunc *constantias*, nunc *sedationes.*

P. 32. v. 20. Αγαπῶντας] Locus fœde corruptus ac deploratus. Interpres certe corruptum invenit, nec quo modo verteret, novit. Videntur hæc corrupta ante ætatem Interpolatoris, quod maxime antiquitatis indicium. Salmasius tentavit, sed infeliciter satis. Tu lege, ἐντρεπτῶς ἀγαπῶντας, sed quære: pro ἑαυτὸν πίστιεον, lege σωτονώτιεον, ut Interpolator: σω facile in εαυ, & ω in πο: ceteræ omnes literæ apparent in σωτονώτιεον. Reliqua explicatione tantum egent: εἰς τοῦτο φήθω, *in tantam mei existimationem deveni, ut* — δέομαι φήθω, unde & οἴεσις & οἶημα. Aliud enim οἶομαι, & aliud δέομαι.

P. 33. v. 5. Καταγγαλῶσιν] Orig. in Matt. 204. A. Οὐδὲν ἐν τοῖς θείοις λόγοις ἔστι δεῖ σκολιὸν ἢ στραγγαλιῶδες. Auctor imperfecti Operis in Matt. Hom. 49. *Ecclesiæ filius modice justitia est nutriendus, quasi tenero lacte secundum angustias faucium fidei suæ.* 713. B. & Homil. 38. 667. A. *Sicut enim infanti, si dederis fragmentum panis, quoniam angustas habet fauces, effocatur, magis quam nutritur: sic homini imperfecto in fide, & puero in sensibus, si altiora mysteria sapientiæ volueris dicere, angustam habens fidem & sensum, magis scandalizatur, quam ædificatur.*

Ibid. Οὐ καθότι] V. l. *non secundum quodcunque ligatus sum*: fideliter, sed inepte. *Non quia.*

P. 33. v. 6. Καὶ δυνάμθα] Lego duabus vocibus, δύαμαι νοεῖν. V. I. legebat δυνάμεν νοεῖν· Sed melius est, δύναμαι νοεῖν, quod retinuit Interpolator.

Ibid. Τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰς] Theologia Ἀναπολικὴ non potuit esse Ignatio incognita. V. Vindicias p. 140.141. & Galeum ad Iamblichum p. 206.

P. 33. v. 9. Παρὰ τοῦτο] *ideo, eapropter*: respondet τῷ διότι.

P. 33. v. 15. Οι κυριοι] Forte legendum, οἱ κ̄ ἀ̄ρ̄οι abbreviate pro αἱρετικοί.

P. 34. v. 10. Καφώθητε] Vel καφούθητε. V. I. *obſurdeſcite.* Vulg. *obturate aures veſtras*: ut ante, βύσατε τὰ ὦτα.

P. 34. v. 28. Θανατηφόρον] Satis purus Scriptor Artemidorus Daldianus, Ignatio noſtro ſuppar, lib. IV. c. 59. ἡ μὲν ἐλαία θανατηφόρος ἔσα τετήρηται. *Oleam* (i. e. in ſomnio viſam) *mortiferam eſſe obſervatum eſt.* Jacob. III. 8. μετὰ ἰοῦ θανατηφόρου. Epiph. V. 47.

P. 35. v. 15. Αναψύχειν] V. I. *refrigerare.* Vox ab Apoſtolo Paulo ſumpta. 2 Tim. I. 16. & à vetuſtiſſimis Scriptoribus Chriſtianis ſæpiſſime uſurpata.

P. 35. v. 21. Οὗ ἐφίκειμαι ἐπυχεῖν] V. I. *quæ conor potiri.* prorſus male. Vulg. *cui ſubjaceo.*

P. 35. v. 23. Ἡ ἀγάπη Σμυρναίων] i. e. Smyrnæi.

P. 35. v. antepen. Αγνίζετε ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα] V. I. *Caſtificate veſtrum meum Spiritum.* ſenſu nullo. Unde apparet vetuſtiſſimum hoc in Græcis codicibus mendum. Inde Interpolator ſic emendare conatus eſt: Καπάζετω ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα, ut in Epiſtola ad Romanos ſcribitur, quod ab hoc loco alienum eſt, ut ex ſequentibus patet. Lux autem aliqua neſcio quo modo ex vulgato Interprete Latino, qui ſic reddidit: *Caſtificet vos Spiritus meus:* ut recte videretur levi mutatione hunc locum reſtituiſſe D. Voſſius, dum legit Αγνισμα ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα. V. ep. ad Epheſ. §. VIII. Si illic retineatur ἁγνίζομαι, hic legendum ἁγνίζεται.

ANNO-

ANNOTATIONES
D. JOANNIS PEARSONI
IN
EPISTOLAM
AD ROMANOS.

P. 36. Ἐν μεγαλειότητι] Gloss. μεγαλειότης, *majestas, magnitudo.* Vox de Deo usurpata à S. Petro 2 Ep. I. 16. & à S. Luca Evangelista IX. 43. v. 5. Orig. in Jo. 81. A. 122. E. contra Celsum. p 150. ὃ βλασφημοῦμεν ἢ θεὸν, ὅτε καταψευδόμεθα, διδάσκοντες πάντ' ὀπτῆν σωταιδέδαι τ ἀνθρωπίνης βραχύτητος, ὡς ἐκ τ τοῦ θεοῦ μεγαλειότητα· & p. 323. ὁ μόνος δὲ μέγας καὶ ὑμᾶς ἐστιν ὁ τ ὅλων θεὸς καὶ πατὴρ μετέδωκε ἑαυτοῦ καὶ τ μεγαλειότητος τῷ μονογενεῖ καὶ προτότοκῳ πάσης κτίσεως. Clem. Alexand. vocat μεγαλεῖον κράτος. Nam à μεγάλειος μεγαλειότης. Tertull. *Deus summum magnum.*

P. 36. v. 6. Τψίστε Πατὲρ] Optime, ut δύναμις ὑψίστε. Τψιστος proprium etiam Dei Epithetum: unde ὁ ὕψιστος idem quod Deus. Act. VII. 48. & Christus υἱὸς ὑψίστε. Luc. I. 32.

P. 36. v. 8. Εν θελήματι.] Τὸ θέλημα sc. Patris. Matt. VII. 21. Τὸ θέλημα, *quod vult*: unde *Quod vult Deus* nomen Viri.

P. 36. v. 11. Ητις προεχάθητο] Eustath. in Dionysium p. 118. de Antiochia, ἐξ ὧν αὕτη τ κοίλης Συρίας προεχαθημύη. Edictum exstat apud Joannem Antiochenum. Εν Ἀντιοχείᾳ τῇ μητροπόλει ἱερᾷ, καὶ ἀσύλῳ, καὶ αὐτονόμῳ, καὶ ἀρχούσῃ, καὶ προκαθημύη τ ἀνατολῆς Ἰάλιος Γάϊος Καίσαρ. p. 278.

Ibid. Εν τόπῳ χωρίε Ρωμαίων] *In ipsa urbe Roma cum suburbiis.* Libanius in Dianam p. 666. de Athenis ibus, ἅτινα δὲ ὄντων σφίσι πλείστε ἀξίων χωρίων Περραιῶς καὶ τ Ακροπόλεως, ἡ μὲν ἐστι τ Αθηνᾶς, ὁ δὲ τῆς Αρτέμιδος. Smyrn. Decret. edit. Oxon. p. 15. τὸ χωρίον Παλαιμαγνησίων. Orig. in Jo. 159. E. ἐκεῖ τ τόπε χωρίε παρακλήσεως. 1 Cor. I. 2. ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν· idem quod ἐν ὅλῃ τῇ Αχαΐᾳ. 2 Cor. I. 1. Non infrequenter nomen civitatis aut incolarum τῷ τόπῳ adjungitur; ut in titulo Epistolæ, quam Abgarus Princeps Edessæ apud Euseb. I. I. c. 13. inscripsit Jesu σωτῆρι ἀγαθῷ, ἀναφανέντι ἐν τόπῳ Ιεροσολύμων. h. e. *præcipue quidem Hierosolymis & locis circumvicinis.* Χωρίον veteri Glossario *villa & rus.* V. I. *in loco chori.* An legebat χόρε an χώρε? Judæi urbem incolebant:

bant tempore Augusti. Jos. l. XVII. c. 12. trans Tiberim. Philo legat. ad Cajum. 1014. C. Christiani autem non tantum in urbe trans Tiberim, sed in suburbiis.

P. 36. v. 14. Περικαθημένη τ ἀγάπης] Pulchra ἀνάκλασις, & à nostro sæpius usurpata. Dixerat, ὅπερ προκάθηται ἐν τόπῳ, *quæ in loco maxime præsidebat*, nunc eandem *in charitate* etiam *præeminere* ecclesiam ostendit: & inter reliquas ecclesias has etiam laudes inserit, quod inter reliquas ecclesias eminebat Romana in operibus misericordiæ & charitatis. Id vero nos docet Dionysius Corinthiorum Episcopus in epistola ad Romanos, 55 post hanc anno scripta, apud Euseb. l. IV. c. 23. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο πάντας τοὺς ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, ἐκκλησίαις τε πολλαῖς τυῖς κατὰ πάσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν. Vide ibi plura.

P. 36. v. 19. Ἀδιακρίτως] Hæc imitatus est Clem. Alex. 95. ἀδιακρίτως ἐνταῦθα ἠξεκαθωνισμένοις.

P. 37. v. 12. Πλέον δέ με παρέχεσθε] Πλέον δέ μοι ὁ παρέξεσθε· vel μὲ pro μή.

Ibid. Τῷ σπονδιαζεσθαι θεῷ] Imitatur S. Paulum, qui quum Romæ morti proximus esset, ἤδη σπένδομαι, dixit. A σπένδω σπονδή. Idem igitur est σπενδιάζω & σπονδίζω· quamvis vox minus usitata.

P. 37. v. 15. Τὸν ἐπίσκοπον Συρίας] Quum Antiochia esset caput & metropolis Syriæ, ipse autem esset Episcopus Antiochiæ constitutus, *non immerito* se *Episcopum Syriæ* appellat. Nam licet *Metropolitæ* nomen ea tempestate non inveniatur, ille tamen Episcopus, qui in metropoli consistebat, aliquod jus habuit in ecclesias in aliis urbibus Metropoli subjectis secundum leges Romanas. Unde postea talis Episcopus Μητροπολίτης, à Latinis *Metropolitanus* dicebatur.

P. 37. v. 17. Εἰς δῦσιν] De Christo Auctor Operis imperfecti. Hom. 32. 650. *D. Galilæam patriam suam, de qua natus fuerat, quasi Sol altius ascendens, reliquit Orientem, & venit in Judæam, quasi ad occasum, ubi fuerat oriturus.*

P. 37. v. 18. Καλὸν τ διελθεῖν ἀπὸ κόσμου εἰς θεόν.] V. I. *Bonum occidere à mundo in Deum.* Καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμου εἰς θεόν. Epiphan. 278. Καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεροι κόσμοι τινὲς τῶν φωτέρων δυομένων ἐκ τούτου τ κόσμου, ἐξ ὧν ἀνατέλλουσιν.

P. 37. v. 20. Οὐδὲ πόλις ἐξασκάνετε ἑδενὶ] Laudat Romanæ ecclesiæ charitatem erga reliquas ecclesias, ac præcipue in Syria, ubi semper erant legiones Romanæ, in quibus eo tempore non pauci erant Christiani.

P. 37. v. 29. Οὐδὲν φαινόμενον ἀιώνιον.] Ἀϊδιον.

P. 38. v. 7. Ἀλήσομαι] Ἀλήσωμαι.

P. 38. v. 8. Εὑρεθήσομαι] Εὑρεθήσωμαι.

P. 38. v. 11. Τότε δὲ ἔσομαι μαθητής] Lactant. de mortibus Persecutorum § 16. *Hoc est esse discipulum Dei, hoc est militem Christi.*

P. 38. v. 22. Ἀπὸ Συρίας] Hæc ab Eusebio laudantur totidem verbis, quibus veteris Interpretis versio: quod hic cum cura observandum. Maxime enim confirmat sententiam nostram, dum epistolam Græcam Latinæ conformem edimus.

P. 38. v. 23. Διὰ γῆς καὶ θαλάσσης] Male hæc suggillant quidam, quæ recte explicari

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [152] - 54
PUBLIC DOMAIN

explicari poſſunt, præſertim ex Philone p. 1028. B. C. *terra marique*: terra ſc. ab Antiochia ad Seleuciam, & jam nunc Smyrnæ: mari à Seleucia ad Smyrnam. V. Baronium A. 109. §. 7.

Ibid. Ενδεδεμένοι λέκτροις λεοπάρδοις] An huc pertinent παρδάλεις ὄρνεις apud Joſephum de Maccabæis?

P. 38. v. 24. Στρατιωτικὸν τάγμα] V. I. *militaris ordo.* Non recte τάγμα *ordinem* tranſtulit. Τάγμα *numerus militaris.* V. Valeſ. p. 249. Alicubi idem ſignificat in Euſebio, quod apud noſtrum. V. Libanium in necem Juliani. p. 266. D. ubi eleganter agit de ferocia & truculentia cuſtodum & militum.

P. 38. v. 28. Ονείμην τὰ θηρίων] V. I. *Sortiar beſtiis*: *potiar feris.* potius *feris* quam *his leopardis.* Hæc verba tanquam præclara & illuſtria citat Chryſoſtomus in Encomio.

P. 28. v. 29. Ετοιμα] V. I. *promptas.* Unde quid legerit, vix intelliges. Apud Euſebium legitur etiam σύντομα. Sed Voſſius legit σώτονα· neque aliter legiſſe videtur Rufinus, qui ita tranſtulit, *quas & ego opto acriores parari*: unde Voſſii lectionem probat Valeſius. Τάχει σωτόνῳ. Philo Jud. 1006. B. τάχος καὶ σώτονον. 1011. D. Plato in Sympoſio de amore, ἀνδρεῖος ὢν καὶ ἴτης καὶ σώνιον. Heſych. in πυξίζειν, τὸ ἐνόπλιον ὄρχησιν καὶ σώτονον πυξίζω ἔλεγον ——

Ibid. Συντόμως] Heſych. σωτόμως, λίαν βραχέων. Sed alibi, σωτειλημμία, ἅμα, ὁμοῦ, σωτόμως. *Optat, ut beſtiæ non ſingulatim, ſed ſimul communi laceratione comminuant.*

P. 39. v. 2. Μαθητὴς ἦν] V. Iren. l. II. c. 47. Græce.

Ibid. Μηδέν με ζηλώσαι] Ita Euſebius legit, & V. I. *nihil me zelare.* Valeſius legere maluit, μηδέν τε ζηλῶσαι· ſed nihil mutandum. Supponendum tantummodo ὥστε, quod vulgare eſt. Rufinus apud Euſebium legiſſe videtur ζηλώσαι, dum vertit, *faceſſat invidia, vel humani affectus, vel nequitia Spiritalis, ut Jeſum Chriſtum merear adipiſci.* Sed ille locum male diſtinxit, neque melius interpretatus eſt. Hic enim ζηλῶσαι nihil habet *invidiæ.*

P. 39. v. 4. Πῦρ καὶ σαυρὸς] Exprimit tormenta Chriſtianis adhiberi ſolita, & ad quodcunque eorum ſe paratum eſſe oſtendit. De Diocletiano Lactantius, *Sedebat ipſe, atque innocentes igne terrebat.* Idem, *omnis ſexus & ætatis homines ad exuſtionem rapti.* Chryſoſt. in deſcriptione noviſſimæ perſecutionis, tom. V. orat. XLII. p. 75. 33.

Ibid. Θείων τε συνάσεις] V. I. *congregationes.* Valeſ. *impetus.*

P. 39. v. 5. Σκορπισμοὶ ὀστέων] V. I. *diſperſiones oſſium. Diſſipationes.* Pſalm. XXI. 15. Διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου· quod interpretatur Origines per ἀφωσιώθησαν, in Jo. p. 185. Lucianus. 150. 1. τὰ μὲν ξύλα πάντα χαμαὶ ἐσκόρπισεν ὑποσεισάμενος. Artemid. l. II. c. 31. ὀπισθότονος δὲ δημόσιος ὀπισθίδοναι παρ' ἑαυτὸν, τοῖς μὲ νοσοῦσι θάνατον προσαγορεύει, καὶ τὰ ὀστᾶ σκορπισμὸν καὶ διάλυσιν. Lactantius de mort. Perſecut. §. 21. *quorum artus quum diſſiparentur.*

P. 39. v. 6. Αλυσμοὶ] Αλεσμοὶ vel ἀλυσμοὶ utrumque in MSS. Euſebii reperitur, non ἀλυσμοί. quæ vox hic locum non habet. Αλυσμὸς ab ἀλύειν nihil aliud eſt, quam jactatio corporis. V. I. *molitiones.* Αλεσμοί. Valeſ. *contuſio.* V. Eunap. p. 83.

P. 39. v. 7. Καὶ κόλασις τῶν ἀφρόνων] Vel καὶ κολάσεις, ut V. I. *malæ punitiones*

nes diaboli. Hieronymus, *tormenta,* unde apud Sophronium βάσανοι, Rufinus, *supplicia.* Puta has κολάσεις vetustissimis Christianis frequenti sermone usurpatas esse, qualium exempla non pauca memorantur. Cels. apud Orig. p. 303. Ο θεὸς πῶς ἄρα ὑπῆλθεν ὑπὸ διαβόλου καὶ κολαζόμενος ὑπ' αὐτῶν, διδάσκει καὶ ἡμᾶς τοῦ ὑπὸ τούτων κολάσεων καταφρονεῖν. Unde mihi videtur Christianos ea ætate *punitiones diaboli* memorasse, tanquam à Christo prædictas. Orig. in Jo. 146. D. Διὰ μαστίγων καὶ πνευμάτων πονηρῶν. Justinus. 360. κολάσεις μέχρι θανάτου ὑπὸ τῶν δαιμονίων καὶ τῶν τραπέντων εἰς διαβολήν. V. Suid. ἡμέρα πονηρά.

P. 39. v. 25. Συνέχουσί με] V. I. *continent,* potius *constringunt, coarctant.* Phrasis Scripturaria. Luc. VIII. 45. & XII. 50.

P. 39. v. 26. Διαρπάσαι] V. I. *rapere.* Onomast. V. *Diripio,* διαρπάζω.

P. 40. v. 1. Εμὸς ἔρως] Ερως ἐρώντος. Philo 359. C. Justinus 225. D. Ερως ἔχει με τῶν ἐρωμένων. V. Halloixium. 409.

P. 40. v. 2. Φιλῶν τι] Ita Interpres legit, quasi duæ voces essent, & ὕδωρ addidit, male. Legendum φιλῶντι una voce, i. e. ἐρῶντι, *amanti* : quod & Νὲ particula probat.

Ibid. Τὸ ὕδωρ Νὲ ζῶν] Hebræis מים חים Gen. XXVI. 19. Levit. XIV. 15. Cant. IV. 10. Jo. IV. 10. & VII. 38. Apoc. XX. 6. & XXII. 1.

P. 40. v. 3. Αλλόμενον] V. I. *loquens,* perperam : an legit καλάμενον ? Ignatius imitatur Evangelistam Jo. IV. 14. *saliens.* Irenæus de Samaritana, l. III. c. 19. *habens in se potum salientem in vitam æternam.* Frontinus de aquæductibus Romæ de Agrippa, *Singulari cura compluribus salientibus aquis instruxit urbem* : & rursus p. 113. ubi pro *corruptelas* forte legendum *conceptelas* : i. e. piscinas, ut ante Lex antiqua, *Ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice salit.* Salientes publici. Reines. 471. de numero publicorum salientium. Martial. l. XI. epigr. 97.

Marcia, non Rhenus, salit hic, Germane.

Marcia est aqua urbis. & l. IX. epigr. 99.

Multum, crede mihi, refert, à fonte bibatur
Qui fluit, an pigro quæ stupet unda lacu.

Αλλόμενον, Anglice **Springing,** vitæ effectus. Gloss. salit ἄλλεται, πηδᾷ, ὑδωρ ἕξει. An ὕδωρ ἕξει ? Vincent. Lirin. c. 25. — *ut possint deinceps vivæ & salientis aquæ fluenta potare.* Huic videtur opponi ὕδωρ ἀκίνητον. Joseph. 418. 5. Suidas, ἀλλόμενον πῦρ : quid significat, non addit.

Ibid. Εσωθεν] *Ab intus, ab intra.* Εκ καιλίας. Jo. VII. 38. Quid sit ἔσω, Ammonius de differentia verborum ostendit.

Ibid. Δεῦρο] V. I. *Veni.* Matt. XIX. 21. ubi quoque Vetus Interpres, *Veni.* Beza, *adesdum. Ad verbum, & huc, sc. ades,* ἐλλειπτικῶς. Sic Jo XI. 43. Λάζαρε δεῦρο ἔξω. V. I. *Lazare veni foras.* Act. VII. 3. δεῦρο εἰς γῆν, *veni in terram.* Sunt enim Grammatici, qui pro verbo accipiunt, ut Etymol. Usurpatur respectu loci aut temporis. Occurrit apud Aristophanem sæpe.

P. 40. v. 11. Καὶ' ἀνθρώπους] κατ' ἄνθρωπον Phrasis Apostolica.

P. 40. v. 20. Ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ] V. I. *Si reprobus efficiar : si repudier.* Marc. VIII. 31.

P. 40. v. 22. Εν Συρίᾳ] Ergo non tantum in urbe, sed in provincia Syriæ

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [154] - 56
PUBLIC DOMAIN

riæ *jurisdictionem* habuit Ignatius: ut de Polycarpo loquitur Hieronymus.

P. 40. v. 26. Ὡς ἔκτρωμα αὐτῷ ἠλέωμαι] Imitatur S. Paulum, 1 Cor. XV. 8. ἐσχάτῳ δὲ πάντων, ὡσεὶ ἐκτρώματι, *tanquam abortivo.*

P. 40. v. antepen. Αἱ μὴ προσήκουσί μοι] V. I. *non advenientes mihi*, male: potius, *ad me non spectantes*: *ad meam jurisdictionem non spectantes.* Gloss. προσήκοντες, *pertinentes.* Onomast. V. *Necessarii*, προσήκοντες, προσήκω, *pertineo, attineo.* Interpres male putavit Ignatium per urbes illas peditem Smyrnam usque perveniisse. Sed cogita. Hic enim locus accuratam explicationem postulat, ut cum passione conspiret.

P. 40. v. ult. Πεζήλαιον] Πεζεύειν ut πρεσβεύειν. Tit. II. 13. dum ille mari, isti terra.

P. 41. v. 4. Περὶ τῶν προσελθόντων] V. I. *advenientibus mecum.* non *mecum*, sed *mihi.* Male alii συνελθόντων. Non enim Ignatium ex Syria Romam comitatus est Crocus, sed ab Ephesiis missus, & in itinere occurrebat. Fortasse pro ὡσεὶ legendum ὥδε.

P. 41. v. antepen. Τῇ πρὸ ἐννέα] V. I. *in ea, quæ ante* IX *Kal. Sept.* Augusti igitur vicesimo quarto die Smyrnæ scripsit Ignatius ad Romanos, apud quos postea passus est.

Ibid. Σεπτεμβρίων] Metaphrastes, Σεπτεμβρίου, nulla necessitate. *Kalendæ Septembres* recte dicitur. Græci solebant mensibus Romanorum uti. V. Reines. p. 984. & alios.

DISSERTATIO
D. JOANNIS PEARSONI,

De anno, quo S. *Ignatius* à *Trajano Antiochiæ* ad bestias erat condemnatus.

EX Joanne Mallela docet D. Usserius Ignatium condemnatum esse ineunte anno 107. sed Mallela ipse falsus, aut non recte explicatus. Nam Trajanus non vidit Antiochiam post adeptum imperium ante finem anni 112. sexennio fere, post illud tempus, quo eum volunt Ignatium condemnasse. Quod est primo à nobis demonstrandum.

I. Dubitari non potest quin Hadrianus Trajanum in expeditione Orientali comitatus sit. Hadrianus autem A. D. 112. factus est Archon Athenis, & Trajanus eo ipso tempore fuit Athenis, ubi aliquamdiu moratus est. Trajanus A. 111. Consul designatus est VI. ob hanc expeditionem, quam tum molitus est. A. 112. consulatum iniit Romæ: absens enim Consulatum suscipere noluit. Suscepto Consulatu veris initio expeditionem iniit, ac primo in Achajam trajecit, ubi dum moratur, ad eum veniunt Legati ex Oriente, etiam ab Indis.

Ex Achaja in Asiam aut Ægyptum transiit. In Ægypto duo fecit: quæsivit de eventu belli, & dedicavit spolia Casio Jovi, in quæ epigramma exstat Hadriani: & inde cum exercitu per Seleuciam profectus est Antiochiam.

II. Idem inde demonstratur, quod ante illum annum semper in Occidente versatus est. Secundo Tribunitiæ potestatis anno Consulatum suscipere noluit, quia Kal. Jan. in Germania fuit. Tertio Trib. pot. anno suscepit Consulatum Romæ, ibique mansit. Trib. pot. quarto iniit Romæ Consulatum quartum, ut bellum primum Dacicum susciperet, quod eodem anno confecit. Trib. pot. quinto Consulatum non suscepit, quia nondum Romam à primo bello Dacico redierat. Trib. pot. sexto iniit Consulatum quintum, ut bellum secundum Dacicum susciperet: quod bellum peregit, occiso Decebalo σὺν χείρῳ καὶ μάχῃ. Trib. pot. decimo A. 106. ex S C. trophæa. apud Spanhemium in Juliani Cæsares p. 233. Per totum annum 106. mansit in Dacia, ubi civitates condidit, & provinciam tributariam fecit. Dum in Dacia moratus est, Arabia à Palma recepta. Unde Imperator VI. dictus est.

III. Ex

III. Ex numero victoriarum, unde Imperator dictus, idem clariſſime oſtenditur. Poſt fugam Decebali, primo bello Dacico confecto, dictus eſt Imperator IV. triumphavit de victo Decebalo A. D. 102. Ex Dacia reverſus, ex S C. hunc titulum habuit ſub finem ejus anni, ut patet ex inſcriptione apud Occonem pag. 200. neque Imperator V. dictus eſt ante annum 106. Nam Tribunitiæ poteſtatis nono adhuc Imperator IV. ut patet ex inſcriptione apud Gruter. 247. 1. exeunte ſc. anno 105. vel ineunte 106. Sed eodem Trib. pot. nono & A. D. 106. dictus eſt Imperator V. ut conſtat ex [a] Occone, Grutero, & Reineſio, victo rurſum Decebalo. A. 107. invenit theſauros Decebali, & Decebalus ſeipſum interfecit. Trajanus autem civitates condidit in Dacia, eamque provinciam tributariam fecit: quo tempore Palma recepit Arabiam. A. 108. Trajanus è Dacia reverſus triumphavit ſecundo de Dacia, & tunc dictus eſt Imperator VI. hoc anno exeunte. Grut. 190. 4. Poſt hunc annum titulo Imperatoris VI. diu contentus eſt, ut inſcriptiones apud Grut. indicant. Trib. Pot. 13. Imper. VI. Trib. Pot. 14. Imp. VI. Trib. Pot. 16. Imper. VI. Trib. Pot. 17. Imp. VI. Hucuſque igitur ſub finem A. D. 113. nullam victoriam obtinuerat in Oriente. A. 114. exeunte vel ineunte 115. Trib. Pot. 18. Imp. VII. à prima in Oriente victoria. A. 115. Trib. Pot. 18. Imp. VIII. & IX. & adhuc Dacicus. A. 116. T. P. 19. Imp. XI. ſed quære.

Ex his omnibus inſcriptionibus patet, Trajanum non ante annum 114. in Oriente Imperatorem appellatum eſſe. Quod ſi intraſſet Antiochiam A. D. 107. & tunc contra Parthos expeditionem feciſſet, per ſeptennium integrum nulla victoria contra Parthos potitus eſſet: quod eſt maxime ſane incredibile.

IV. Facile probari poteſt, Trajanum ex Occidente ante annum 112. pedem non tuliſſe. Nam ſepeliverat Suram, antequam reliquit Romam, ut tradit Dio. Sura autem Conſul fuit A. 107. & ſub eo COS. factus eſt Hadrianus Prætor. Hadrianus jam Prætor exiſtens, factus eſt Legatus Leg. Minerviæ, & approbatus à Trajano, bello hoc Dacico ſecundo, factus eſt Conſul A. 109. ſuffectus ſcilicet. In Conſulatu comperit à Sura, adoptandum ſe à Trajano eſſe. Spart. ergo Sura adhuc in vivis, anno 109. jam affecto.

V. Trajanus in occidente fuit, & quidem in Italia tunc quum Plinius erat Proconſul Bithyniæ: ex Oriente autem in Italiam nunquam reverſus eſt. At Plinius non profectus eſt in Bithyniam ante annum 109.

Variæ ſunt Virorum doctorum de proconſulatu Plinii ſententiæ, dum explicant Euſebium in Chronico.

Prima eſt Baronii, qui tradit Plinium, quinto Trajani anno miſſum in Bithyniam, eodemque tempore ſcripſiſſe literas ad Trajanum de Chriſtianis: ſed eum, opinor, nemo ſecutus eſt.

Secunda eſt ſententia Halloixii, miſſum quinto, veniſſe in provinciam ſexto Trajani, ubi per plures annos officio functum eſſe, ac demum literas

[a] Trib. Pot. 7. Imper. IV. Occo p. 202. 8. Imper. IV. p. 203. 9. Imper. V. p. 204.

scripsisse ad Trajanum de Christianis anno imperii ejus 10, ut puto 11.

Tertia Usserii, qui Halloixii argumenta probat, & ad annum Trajani decimum literas refert.

Sed ex his nemo quicquam certi affert. Baronius primum ex principiis manifesto falsis statuebat, eum quinto Trajani anno missum. Halloixius concedit Baronio, tunc eum missum fuisse, nullam vero concessionis rationem reddit. Usserius probat Halloïxii plures annos. Ego neque quarto neque quinto Trajani anno missum fuisse Plinium in Bithyniam censeo, sed demum undecimo.

Non quarto, quia tunc erat Trajanus in Dacia, neque ulla ex Bithynia epistola scripta est ad Trajanum in Dacia.

Non quinto, tunc enim erat Centumcellis in Italia judex.

Non sexto, tunc enim Trajanus in Dacia rursus, ubi permansit per quadriennium: neque rediit Romam, ante annum imperii undecimum. Tunc autem adhuc erat in Italia Plinius: nam ibi scripsit epistolam ad Caninium de scribendo Poëmate de utroque bello Dacico.

Dico igitur eum missum in Bithyniam sub ætatem anni undecimi, ibique permansisse per biennium, usque ad ætatem anni decimi tertii. In more enim positum fuit, ut Magistratus Bithynorum per biennium officio fungerentur... Proc. Bithyniæ apud Imperat. Claudium .... *alterum biennium.* Sic postea apud Lactant. de mort. Persecutor. §. XVI. legimus de Donato, quod per decennium in carcere permansit: id factum fuisse sub Præfectis Bithyniæ, Flaccillo, ita lego, non Flaccino, Hierocle, & Priscilliano, biennio sub singulis, postquam sc. Diocletianus & Maximianus purpuram deposuerant. Nam Præfectus, Decessor Flaccilli, non nominatur, sed sine nomine innuitur his verbis .... ubi *profectus* corrupte legitur, & legendum, *Præfectus.* Successor Priscilliani erat Eratineus. §. XL. Nempe quinque fuere Præsides Bithyniæ per tractum temporis decennalis persecutionis, quorum primus non nominatur, quia quum illic esset Imperator, per Præfectum Prætorio res Nicomediæ gestæ sunt.

Sed quia pluribus annis Plinium in Bithynia fuisse asserit Halloixius, idque colligit ex pluribus natalibus Trajani à Plinio in provincia celebratis, quorum aliquos nominat, alios omittit, ex his ego potius colligendum putavi, non plures, quam duos annos in Bithynia permansisse Plinium. Nam intra quinque menses tres solennitates observatæ sunt: sex autem, neque plures, neque pauciores, à Plinio indigitantur, & à Trajano grato animo agnoscuntur. Plinius autem per totum hoc biennium ad Trajanum scripsit, Romæ vel in Italia consistentem.

Nam quum primo venit in provinciam, scribit de mensuris fideliter agendis. Rescribit Trajanus, *Mensores vix etiam iis operibus, quæ aut Romæ, aut in proximo fiunt, sufficientes habeo.* Lib. X. ep. 29. Rursus scribit de Architectis ad Trajanum, qui respondet, *Modo ne existimes brevius esse ex Urbe mitti, quum ex Græcia etiam ad nos venire soliti sunt.* ep. 49. Rursus Edicta plura mittere ad Trajanum Domitiani, Vespasiani, & Augusti voluerat: quod tamen omisit, *quia,* inquit ep. 71. *vera & emendata in scri-*

niis

niis tuis esse credebam. Scrinia autem illa, ubi, nisi Romæ, erant? Quod si hæc vera sint, quis non credit, Trajanum ante decimum quartum vel decimum quintum imperii sui annum Romam non reliquisse?

Quid igitur sentiendum est de anno, quo Trajanus S. Ignatium Antiochiæ ad bestias condemnavit, & Romam misit ad hoc supplicium subeundum? Res ipsa certe expedita est. Nam Trajanus imperii sui anno decimo octavo, Messala & Pedone Consulibus, (Consulatus autem Pedonis ad *A. D. 115.* Urbis 868.) Antiochiæ hibernavit, & erat exercitus Trajani valde gentilis: ubi ingens terræ motus exstitit, ex quo Imperator ægre evasit: ut observat Dio. Hos terræ motus ideo contigisse Gentiles crediderunt, quia eorum Dii negligebantur: id autem imputabant Christianis. Quare quum Ignatius, Antiochiæ Episcopus, Christianorum in Syria quasi Princeps haberetur, hunc Imperator, vere in Parthos exercitum ducturus, in judicium vocat, & vocatum condemnat: quod ab eo nunquam factum ante legimus: sed ex liberis sanctissimi Episcopi responsis hoc fecit. Non hæc nos excogitamus: sunt autem à Joanne Mallela, qui Antiochenus fuit, diserte tradita. V. Usser. p. 53. 54. Sed quid tandem sentiemus de loco illo Mallelæ, in quo suam sententiam fundavit optimus Usserius? *Respondeo, si intelligatur de Trajano, qui in imperio Nervæ successit, falsissimus est, ut ostendimus:* si referatur ad martyrium S. Ignatii, etiam illud contra mentem Mallelæ fit. Sed si aliter eum intelligamus, neque veritati neque Mallelæ injuria fiet. Sic igitur Mallelam interpretor, Trajanus, Trajani, filii Nervæ, pater, rediit Antiochiam A. D. 79. Pone Trajanum patrem pro filio & A. 79. pro 107. & omnia constabunt, & ipse sibi Mallela. Factum hoc sub Vespasiano, quia Trajanum in pretio habuit, quod ille sub ipso Vespasiano Tribunus fuit in bello Judaico A. 67. forte Consul suffectus 74. Hunc igitur fecit Vespasianus Procos. Asiæ *A. 79. quo postea ipse mortuus est. Sub patre tunc militavit Trajanus filius juvenis adhuc XXI. annos natus.* Pater Trajanus A. 78. Parthos superavit, & ad Antiochiam reversus est Jannarii 7. A. 79. ad suscipiendum Proconsulatum Asiæ, quem ei indulsit Vespasianus pater. De qua victoria Parthica intelligendus est Plinius: *Nonne incunabula hæc tibi, Cæsar, & rudimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam Patris augeres?*

Damnatus igitur ad bestias S. Ignatius A. D. 116. eodem anno exeunte Romæ passus est. Scriptæ sunt ergo hæ Epistolæ anno Æræ vulgaris 116.

SCHOLIA.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [159] - 61
PUBLIC DOMAIN

SCHOLIA & ANNOTATIONES
THOMÆ SMITHI
IN EPISTOLAM S. IGNATII AD *SMYRNÆOS.*

P. 1. v. 13. ΚΑΙ λόγῳ θεῦ] Ita quoque legebant vetus noſter Interpres & Interpolator, diſtinctim & ſeparatim, non per appoſitionem, ut quidam vir doctus ex fortuita hujus particulæ conjunctivæ omiſſione in verſione Voſſiana interpretatur. Verba enim non ſunt de Spiritu Sancto & Chriſto intelligenda, neque ad præcedentia referri debent, *Eccleſiæ in Smyrna commoranti in puro ſpiritu & verbo Dei*: ſed potius ad poſteriora. S. Ignatius Smyrnæis ſalutem cum integritate mentis & omni divinæ ſcientiæ ex verbo Dei hauriendæ profectu optat. Hic eſt ὁ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ ἡ μαρτυρία Ἰησοῦ Χριστοῦ, de quibus perhibuit teſtimonium divinus Apocalyptes cap. I. 2. 9. *propter*que idem *verbum Dei ac teſtimonium Jeſu* Chriſtiani iſtius ſeculi mortem libentiſſime oppetiere. Apocalyps. XX. 4. ne alia loca memorem. In hac epiſtola dicit pientiſſimus Martyr Philonem & Agathopum ſe ex Syria comitatos fuiſſe εἰς λόγον θεοῦ.

P. 1. v. 15. Οὕτως] *Ita, hoc modo.* quod excidit è veteri hac verſione. Proculdubio enim Scriptor divinus particulam iſtam οὕτως, quam retinet quoque Interpolator, tum emphaſeos, tum explicationis cauſſa, ex induſtria inſeruit: quaſi dixiſſet, *ſe Chriſtum Deum glorificare, eo quod eos tali ſapientia, quam præ ſe tulere*, h. e. *vera & orthodoxa myſteriorum fidei cognitione, quatenus ſapientiæ mundanæ, quam Gentiles philoſophi tantopere crepabant, contradiſtinguatur, Deus ipſe imbuiſſet.*

P. 1. v. 18. Σαρκί τε καὶ πνεύματι] Phraſis ſæpiſſime à S. Ignatio uſurpata: i. e. *vere, omnino, ex integro, ac ſine ullo defectu, omni cum ſinceritate & affectu, & abſque aliqua diſſimulatione*: prout ex ſubjecta materia interpretari licet. Sic ἑνωσις σαρκὸς καὶ πνεύματος & in epiſtola ad Magneſios: quibus optat, ut proſperi ſint σαρκὶ καὶ πνεύματι. Monet feminas in epiſtola ad S. Polycarpum, ut ſint *contentæ viris* σαρκὶ καὶ πνεύματι. In epiſtola ad Trallenſes, quod Smyrnenſes

Smyrnenſes ipſum recreaverint σαρκί τε καὶ πνεύματι. Salutat quoque Romanos, in titulo epiſtolæ, κατὰ σαρκὰ καὶ πνεῦμα *unitos*. Idem dicendum de adjectivis σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς, quæ diſtinctim variis rebus applicantur, deque iis prædicantur, ut de reſurrectione Chriſti, de charitate, de diligentia, de S. Polycarpo, de ipſo Chriſto in epiſtola ad Epheſios, εἷς ἰατρός ἐστιν σαρκικός τε καὶ πνευματικὸς, ut reliqua taceam. Sed de his phraſibus vide D. Pearſonum in Vindiciis Ignatianis part. II. p. 198. & D. Hammondum Diſſertat. II. cap. 11. pag. 85.

P. 1. v. antepen. Κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν θεοῦ] Aliter, ut omnes norunt, legebat Theodoretus ἐν Ἀφεσίῳ. cap. IV. καθὰ θεότητα καὶ δύναμιν, voce θεοῦ omiſſa, genium ſuum potius quam codicem ſecutus, quaſi altera lectio, quam hoc modo emollire ſatagebat, nimium cruda illi videretur. Omittuntur omnino hæc verba ab Interpolatore: quæ facile tolerari poſſunt, & ſanum ſenſum includunt: *ab omni æternitate voluit Pater, ut Filius ſit cum ipſo coæternus.* Nec ab hoc loquendi genere poſtea abſtinuerunt Patres. Explicat vero D. Pearſonus de incarnatione Chriſti, Vind. Ignat. P. II. pag. 100.

P. 2. v. 7. Εἰς τοὺς ἁγίους πιστοὺς αὐτοῦ] Videtur hoc dici de omnibus ſanctis & fidelibus, qui εἰς τοὺς αἰῶνας *ſive in omne ævum in Chriſtum crediturі ſint, ſive ex Judæis, ſive ex Gentilibus, è quibus, quaſi totidem membris, coagmentatur & coaleſcit corpus eccleſiæ Chriſtianæ*, quod juxta phraſeos Apoſtolicæ formam *unum* appellat: nempe *illius reſurrectionem illis fore σύσσημον ſive ſignum & vexillum, ad quod, ducem ſalutis ſecuturi, congregabuntur, utpote fide illius, tanquam peculiari indicio, ab impiis & infidelibus diſcernendi.*

P. 2. v. 13. Τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονθέναι] Videtur inſerendum κατὰ ante τὸ δοκεῖν, vel potius utrobique legendum, τῷ δοκεῖν, ut apud Theodoretum, & ita in ceteris locis. Hoc videntur aſſeruiſſe iſti hæretici, ac ſi ignominioſum & plane eſſet erubeſcendum fateri Chriſtum vere paſſum eſſe. Αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες. *Videntur eſſe Chriſtiani, & non ſunt.*

P. 2. v. 15. Ασωμάτοις] Id eſt, *Phantaſticis*, qui Chriſtum non reale ſed phantaſticum corpus habuiſſe aſſeruerunt, vel qui erant *extra corpus eccleſiæ*, quod antecedit. Sed hæc altera ratio nominis vix videtur admittenda.

P. 2. v. 18. Αὐτὸν οἶδα] Alter Interpres, *novi*, ut & Rufinus in ſua verſione Euſebii, *ſcio*, h. e. *Non ſolum Chriſtum in carne fuiſſe poſt reſurrectionem novi, ſed & jam exſiſtere, & eſſe in cœlis in eadem humana natura ſubſiſtentem credo, & certus ſum.* h. e. ut ipſe explico, *Chriſtus reſurgendo non amiſit veritatem & eſſentiam corporis ſui, quod nempe antea geſtabat, & in quo paſſus eſt, ſed in eodem in terris poſt ſubſiſtebat, & jam in cœlis ſubſiſtit.* V. Vindicias Ignat. II. 120.

P. 2. v. 26. Ὡς σαρκικὸς, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ Πατρί.] Theodoretus in Ασυγχύτῳ paullo aliter: Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν καὶ συνέφαγε καὶ συνέπιεν αὐτοῖς, ὡς σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ Πατρί. Quæ lectio Theodoreti mihi videtur vitioſa; hæc vero, quam exhibet codex Medicéus, longe meliorem fundit ſenſum: h. e. *Quamvis Chriſtus per divinam naturam ſit Deo Patri unitus, tamen poſt reſurrectionem à mortuis, vitalibus animæ & corporis actionibus,*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [161] - 63
PUBLIC DOMAIN

nibus, quas coram ipsis exseruit, sese verum corpus humanum, ex carne & ossibus constans, gestare demonstravit.

P. 3. v. 13. Τὸ τελείου ἀνθρώπου γνωμοβύου] Hæc male omittuntur ab Interpolatore. *Ille, qui verus & perfectus homo nascendo factus erat, vigorem menti, ut hæc omnia propter ipsum sustinere valeam, infudit, meque illius gratia corroboravit.*

P. 3. v. 16. Οὓς ἄπιστοι] *Quidam impii, injustis præjudiciis occæcati, Christum* ἐν σαρκοφόρον *sive in carne fuisse, sine qua non potuit esse* τέλειος ἄνθρωπος, *præfracte negant, nulla fide prophetiis, legi Mosis, Evangelio, passionibusque Christianorum, qui ob hanc veritatem, tot claris & irrefragabilibus indiciis & argumentis firmatam, mortem cruentam subiere, adhibita.*

P. 3. v. 27. Μέλλεις ἢ μελανόησιν εἰς τὸ πάθος] h. e. *usquedum renuncient errori de passione ejus, quam fictam & imaginariam somniant, virtute cujus nos tandem resurgemus.* Verba post μελανόησιν omisit Interpolator, utpote ab ipso non intellecta.

P. 3. v. penult. Ἄρχοντες ὁρατοί τε ἢ ἀόρατοι] Ne ipsi quidem Angeli, juxta mentem S. Ignatii, salutem assequi possunt absque fide in sanguinem Christi. S. Hieronymus lib. II. Comment. in Ephesios. *Descendit ergo in inferiora terræ, & ascendit super omnes cœlos filius Dei, ut non tantum leges prophetasque compleret, sed & alias quasdam occultas dispensationes, quod solus ille novit cum Patre. Neque enim scire possumus, quo modo & Angelis & his, qui in inferno erant, sanguis Christi profuerit: & tamen quin profuerit, nescire non possumus.* V. Vind. II. 90. De Angelis & Principibus invisibilibus nihil habet Interpolator.

P. 4. v. 5. Εἰς τὸ χάειν] i. e. περὶ τοῦ χάειτος vel, ut reddit Cotelerius, *contra gratiam Christi.*

P. 4. v. 7. Τῇ γνώμῃ τοῦ θεοῦ] *Divinæ voluntati in Evangelio,* de vitæ humanioris erga alios quoscunque exercendæ officiis, *peculiarem in modum manifestatæ.*

Ibid. Περὶ ἀγάπης ἢ μέλει αὐτοῖς] Gnostici erant moribus efferis, charitate ceterisque affectibus mansuetioribus plane vacui, neque alienæ miseriæ sensu tacti. V. S. Polycarpi epist. ad Philippenses p. 19. & S. Barnabæ epistolam versus finem.

P. 4. v. 9. Οὐ περὶ διαβολῆς ἢ ἀλυμβύου] Locum hunc de podagricis & paralyticis, aliisque, quorum nervos artusque morbi pro varia illorum ratione & temperamento afficiunt, interpretandum reor. Si quis vero de debitoribus, aliisve ob Christianæ fidei professionem in carcerem conjectis, & vinculorum nexu ibi legatis, & de qualicunque θλίψει, sive ex ægritudine, sive ex atroci Gentilium odio orta, oppressis interpretari velit, non multum refragabor.

P. 4. v. 11. Εὐχαριστίας ἢ προσδοχῆς] (Theodoretus habet προσφορᾶς· & fortasse rectius) ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν — Eucharistia sive panis Eucharisticus *caro Christi* mystice. Noluerunt hi hæretici, contra quos disputat S. Ignatius, celebrare Eucharistiam, in qua caro Christi typice repræsentatur: quia

tunc

tunc confiteri adigerentur, Christum fuisse vere incarnatum. Admisso enim hoc sacro percipiendi carnis & sanguinis Christi symbola ritu, proprium dogma de abnegata Christi humanæ naturæ veritate ipsi jugularent. Quippe compertissimum est, hujus sacræ solennitatis repræsentationem à Christo institutam & ab omnibus veris Christianis ex necessitate peragendam, supponere rem repræsentatam vere & realiter exstitisse. Quum vero hoc negaverint *Gnostici*, ab omni eucharistia & oblatione, precibusque statis isti officio convenientibus, & quibus in sacro illo ritu, maxime Christiano, peragendo uti consuetum erat, ex principiis ipsorum sibi esse abstinendum duxerunt. Fides S. Martyris hac ex parte neutiquam convellenda est, etiamsi de ejusmodi hæreticis primi & secundi seculi ab eucharisticis ritibus plane abhorrentibus taceant Ecclesiastici scriptores. Sola ipsius auctoritas sufficit. Eodem argumenti genere utitur Tertullianus adversus Marcionem lib. IV. c. 40. ut à D. Usserio aliisque hanc rem tractantibus observatum est. Hujus autem periochæ defensionem vide in Vind. II. 131. Tota hæc sectio omittitur in vulgatis Græcis codicibus, quam codex Medicéus conservavit integram, uti & Theodoretus, & vetus noster Interpres. In causas hujusce omissionis inquirere non libet: quum Interpolatores pro libidine & arbitrio suo, interdum ex rei ignorantia, interdum ex propriorum dogmatum, quæ à communi regula fidei & morum desciscunt, amore, multa in vetustis Auctoribus aut expungendi, aut mutandi, aut refingendi facultatem sibi assumpserint.

P. 4. v. 17. Ἀγαπᾶν] Ita quoque in suo codice legebat V. I. *diligere*. Fortasse hoc vult S. Martyr, illorum maxime interesse, ut ipsi quoque in beatam vitam resurgant, *acquiescere* in revelationibus Evangelii, nec mysterium hoc sanctissimum vanis blasphemisque oppositionibus & disputationibus sollicitare, sed cum affectu & amore amplecti hanc. Ἀμφὶ τῆ θεοῦ Ἀγαπᾶν enim mihi videtur opponi τοῦ ἀντιλέγοντες· quod præcedit.

P. 4. v. 22. Η ἀνάστασις τελείου] Resurrectio Christi tot claris indiciis, probationibus, & testimoniis, quibus contradici nequit, in Evangelio patet, ut perfectæ demonstrationis vim apud omnes habere debeat. Ad consummationem firmissimæ fidei in hoc articulo nihil amplius potest desiderari. V. epistolam ad Philadelphenses. §. IX.

P. 4. v. 28. Ὡς θεοῦ ἐντολῶ] Frustra & male addit Interpolator, ἀξιοκοινωνήτως.

P. 4. v. antepen. Η ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ] V. I. *quam*, ὦ· sensu non dispari. *Ista Eucharistia solummodo pro vera, firma, & licita habenda est, quæ vel ab ipso Episcopo, vel sub ipso, h. e. illo præsente, sub ipsius oculis peragitur, vel quam ipse aliis in locis à Presbyteris ad hoc sacrum munus obeundum deputatis fieri permittit aut jubet.* Quod itidem mox repetit S. Ignatius, idemque de baptismi administratione monet.

P. 5. v. 27. Η τελεία πίστις] Forte hæc verba separatim à sequentibus intelligi debent hoc modo: *Neque fides vestra, quam integram servastis, vos unquam in ruborem dabit, neque ipse Jesus Christus, in quem credidistis.* Interpolator habet ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, & pro πίστις reponit ἔλπις.

P. 5. v. 28. Η ωεφημη ὑμῶν ἀπηλθεν] An fama ſola, an literis, an effectu? ut in fine hujus periochæ, & alibi in his epiſtolis.

P. 5. v. 31. Οὐκ ὢν ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι] Modeſtiæ & humilitatis cauſſa B. Martyr reticet nomen & titulum Epiſcopi. *Non dignus illo epiſcopatu fungi, utpote omnium infimus.* Sæpe hoc in his epiſtolis repetit. Tantum in epiſtola ad Romanos, quum neceſſitas id poſtulaverit, ſeipſum Epiſcopum Syriæ & Ποιμένα nuncupat: ἐκεῖθεν videtur poni pro ἐκεῖ, quod rectius eſt. ἔχαιρον ὧν τῶ ἐκεῖ πεφῶν· in epiſtola ad Epheſios.

P. 5. v. penult. Οὐκ ἐκ συνειδότος] *Hanc dignitatem mihi contigiſſe ex ſola gratia & favore Dei agnoſco: non quod mihimet ipſi vel minimum ſim conſcius, quaſi ipſe meruiſſem.*

P. 6. v. 3. Καὶ ὅτι γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ] *Coram Deo & hominibus.*

P. 6. v. 7. Καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος] *Reſtituitur hodie jam Antiochenorum eccleſiæ priſtinus ſplendor & magnitudo, quæ tantæ civitati, reginæ Orientis, conveniebat. Chriſtianis jam licet conventus ſacros agere, & idem, quod antea, eccleſiæ corpus conſtituere*: quod ſatis oſtendit unitatem particularis eccleſiæ ſub uno epiſcopo, licet jam per vim abducto. *Omnium veſtrum corpus.* S. Polycarp. ad Philipp.

P. 6. v. 20. Οφειλον] Alter Interpres videtur legiſſe ὄφελον. *Et debuerant quidem omnes eum imitari*: ὄφελον πάντες αὐτὸν μιμεῖσθαι· mutata verborum conſtructione. Sed lectio prior neutiquam debuerat ſollicitari, utpote recta & ſana, etſi elegantiis Atticis non ſatis congrua.

P. 6. v. 22. Η χάρις] Abſolute; ut in epiſtola ad S. Polycarpum verſus finem. Fruſtra & abſque omni neceſſitate addit Interpolator, τῆ χαρίτι.

P. 6. v. 26. Εν ὀνόματι] Alterum hoc plane redundat: nec agnoſcit V. I. quod Librarius male repetiit ex antecedentibus.

P. 7. v. 5. Ασύγκριτον] V. I. *incomparabilem.* Sed videtur eſſe proprium nomen viri: ut apud S. Paulum ad Romanos XV. 14. Vix enim dicendum eſt, S. Ignatium quenquam, utut bene merentem de eccleſia & de ipſo, hoc immodico elogio adornare voluiſſe. Nec, ut puto, articulus, τὸν, prout ſupponit D. Pearſonus, in MS. Medicéo reperitur. Non negaverim tamen τὸν ἀσύγκριτον, nimirum cum præpoſito articulo, in epiſtola interpolata reperiri, & ita in codice ſuo veterem Interpretem, quem ſequitur D. Pearſonus, legiſſe videri.

SCHOLIA

SCHOLIA & ANNOTATIONES
THOMÆ SMITHI
IN EPISTOLAM S. IGNATII AD
S. POLYCARPUM.

Pag. 7. v. 19. Προσδέηναι τῷ δρόμῳ σου] Hæc & alia, quæ in hac epistola occurrunt, imitatur Impostor, qui S. Ignatii nomen mentitus est, in epistola ad Heronem.

P. 7. v. 26. Ακοίμητον πνεῦμα] Videtur opponi πνεύματι τῆ ἀρχῆς καὶ καταινύξεως. Rom. XI. 8.

P. 7. v. antepen. Κατὰ βοήθειαν θεοῦ] Quæ verior lectio est, & quam agnovit alter interpres, *secundum adjutorium Dei*: licet V. I. in suo codice legisse videatur κατὰ ὁμοίωσιν θεοῦ, *secundum consuetudinem Dei.* quod utique habet Interpolator. Sed quænam est illa *Dei consuetudo*, quam, singulis, prout illorum res tulerint, locuturus S. Polycarpus, debet imitari? Locutio sane dura & omnino rejicienda.

P. 8. v. 1. Χάρις σοι ἐκ ἔστιν] Eodem sensu, quo apud S. Petrum reperitur, I epist. II. 18. τοῦτο γὰρ χάρις. & 20. τοῦτο χάρις παρὰ θεῷ. *Si fratribus, qui doctrinæ & disciplinæ tuæ morem gesserint, benignus sis, quid gratiæ illinc promereberis? Hoc vix laude & commendatione dignum cuiquam videbitur.*

P. 8. v. 7. Διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικός] *Variis affectibus, qui tum à naturali statu, tum à spirituali, in hac arctissima corporis & animæ unione fluunt, quum sis compositus. inde pro varia rerum ratione prudenter te agere oportet.*

P. 8. v. 8. Τὰ φαινόμενα] *Quæ coram manifesta sunt, inque oculos tuos incurrunt, blandientium more tractes,* κολακεύης, (uti legebat Antiochus, licet alia persona κολακεύῃ sed male:) *& placide feras.* Quod non intellexit Interpolator, qui substituit ἐπανορθώσῃς, *corrigas*: quam tamen lectionem secutus est Damascenus.

P. 8. v. 9. Τὰ δὲ ἀόρατα] *Futura vero, quæ omnem conspectum humanum fugiunt, à Deo pete, ut tibi manifesta fiant*: vel τὰ ἀόρατα, *arcana illa mysteria, quæ obtutu humano perfecte discerni & dignosci non possunt, nisi Deo revelante: ob hæc Deus exorandus est, ut omni charismate ad munus Episcopale rite & pro dignitate obeundum abundes.*

Ibid. Αἴτι] Quod tolerari potest. Cotelerius αἴτη citra necessitatem.

P. 8. v. 13. Εἰς τὸ θεῦ ἐπιτυχεῖν] V. I. *à Deo potiundum.* Error proculdubio Librarii, pro *ad Deo potiundum*: ut notarunt Usserius & Pearsonus: *ut ipse cum ceteris tuæ curæ commissis Deum assequaris. In hac tua statione, in hac temporum lucta, res afflictæ Christianorum tuam opem desiderant, imo & exposcunt, ut navarchi prosperos ventorum flatus, ac mari procelloso jactati portum.* Hanc periochen neutiquam intellexit Interpolator, qui supplendi sensus caussâ addidit τὸ εὔχεσθαι· sed prorsus male.

P. 8. v. 23. Ινα κ᾽ αὐτὸς ὑμᾶς ὑπομείνῃ] Apodosis apta & concinna, nec sanæ Theologiæ incongrua: *ut Deus pro infinita sua lenitate nos, si quoquo modo ex fragilitate humanæ naturæ deliquerimus, sustineat, & benigne se erga nos gerat.* Superflue vero nec ad mentem Apostolici Scriptoris explicat Interpolator, ἀναμείνῃ εἰς τ βασιλείαν.

P. 8. v. 25. Τὸν ὑπερχρονιον] *Omni tempore priorem, ante orbem conditum.* Hæc & quæ sequuntur, de Christo plane intelligenda sunt, & ejus æternam divinitatem clarissime exprimunt.

Ibid. Τὸν ἄχρονον] *Antequam tempus esset.* h. e. ab omni æternitate.

P. 8. v. penult. Μηδὲ σὺ ἄνευ θεῦ τι πρᾶσσε] V. I. *neque tu sine Deo quid operare.* Male in textum editionis Vossianæ irrepsit τὸ γνώμης· non enim reperitur in MS. codice Medicéo. Nec repetitione istius vocabuli opus erat. *Nihil tu facias nisi quod placeat Deo: sive quod conveniat divinæ ordinationi*: eodem quidem sensu. Occurrit tamen in hoc loco apud S. Chrysostomum in oratione de uno Legislatore, si modo ille sit illius Auctor: qua de re inter magnos viros non parum controvertitur.

P. 9. v. 1. Συναγωγαὶ] *Conventus sacri*, diebus festis aliisque, si commodum videbitur.

P. 9. v. 2. Δέλης καὶ δέλαις] Multi è servili conditione utriusque sexus à primis Apostolorum temporibus Evangelium amplectebantur, quos S. Ignatius animo fore modesto monet: neque inde flagrantius æquo concupiscere oportere, ut à servitutis, cui aut sorte nascendi aut qualicunque caussa essent addicti, nexu liberentur. Neutiquam vero concesserim ut pro τ κοινῦ τῦ Κυείυ, multo minus κόσμυ substituatur. quod plane putidum est.

P. 9. v. 6. Μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τῦ κοινῦ] Antonius Melissa. lib. II. λόγ. κϛ'. οἱ δοῦλοι μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τῦ κοινῦ ἐλευθερῶσθαι, ἀλλ᾽ εἰς δόξαν θεῦ πλέον δουλεύτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ θεῦ τύχωσιν· ultimis verbis hujus periochæ omissis, aliisque inversis: quod citantibus frequenti usu venit. ἐράτωσαν, *desiderent*: uti hic quoque præter Antonium habet Antiochus: & recte quidem. Interpolator, αἱρέτωσαν, *eligant*: quum hoc non esset in illorum potestate.

Ibid. Ἀπὸ τῦ κοινῦ] An à communi sorte & conditione servorum? an à communitate, cui addicti erant? alii enim civitatis servi, alii privatorum: an à communibus sumptibus sive publico ærario Christianorum? quisque apud se prout lubet, statuat.

P. 9. v. 10. Ομιλίαν μὴ ποιοῦ] Μὴ deest in MS. nec agnoscit V. I. quasi S. Ignatius Polycarpum admonuisset, ut de hisce malis artibus frequentes orationes coram populo habeat, quò ab iisdem magis sedulo caveatur. Interpolator

polator habet particulam istam negativam, μὴ ποιεῖ· h. e. *cum hisce malis artibus nullum commercium habe aut consuetudinem*: sed tum pro περὶ τύπων ponendum videtur μετὰ τύπων.

P. 9. v. 16. Εἰς τιμὴν τοῦ κυρίου τῆ σαρκὶ] V. I. *in honorem carnis Domini*, i. e. *in honorem Christi incarnati*, qui humanam naturam sanctificavit, & castissime vixit. Sed videtur esse transpositio in Græco textu, & τῆ σαρκὶ debet conjungi cum ἀγνείᾳ.

P. 9. v. 18. Ἐὰν γνωσθῇ πλέον] In vulgatis editionibus πλοῦ corruptissime. Sensus vero videtur esse hujusmodi: *Si quis inani δοκησισοφίᾳ elatus, aut ex morum castitatisque ostentatione se magis æquo spectandum cognoscendumque velit, ut in aliorum opinione Episcopo præferatur, ille omni sano judicio vacuus est.*

P. 9. v. 20. Ταῖς γαμουμέναις] In vulgatis editionibus γαμίσκους. prorsus male. Vix enim puto τὸ γαμεῖν dici aut posse aut debere de mulieribus.

Ibid. Μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου] Hinc clare patet nuptias non fuisse habitas justas & legitimas absque sententia Episcopi & benedictione sacerdotali in primis Christianismi seculis. Ut hoc modo fierent, sanctissimus Martyr, auctoritate Apostolica, ut videri potest, ductus, serio monet.

P. 9. v. 24. Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε] Jam ad Smyrnæos, quibus præfuit Polycarpus, orationem transfert & dirigit S. Ignatius: nec id à communi usu abludit. V. Apocalyps. II. 10. Non enim satis habuit ad eos peculiarem scripsisse epistolam, sed ut testatiorem patentioremque ejus erga illos affectum faceret, huic epistolæ pro necessaria ista inter Pastorem & gregem in mutuis pietatis charitatisque officiis consuetudine, coram iis legendæ, hanc sectionem, quæ ad illos proprie spectat, adjungi & inseri sapienter statuit.

P. 9. v. 25. Τῶν ὑποτασσομένων] Antiochus habet ὑποτασσομένῳ, uti statim pro αὐτοῖς, ut cetera conveniant, αὐτῷ· sed non recte. V. Vind. I. 16.

P. 9. v. 28. Συγκοπᾶτε & quæ sequuntur] Non sunt hæc ad literam exigenda, & perversi & rixosi ingenii est ita rigide interpretari, quæ metaphorarum, quas vel pueri norunt, ope plana & manifesta fiunt. *Omnia facite concorditer.*

P. 9. v. ult. Δεπόσιτα] Quicquid vobis à Deo in vicem talenti committitur & deponitur, *illud in usus necessarios tum vestri tum aliorum impendendum est*, ut debitam bonorum operum mercedem ex infinita Dei benignitate tandem in altera vita reportetis.

P. 10. v. 3. Ὡς ὁ Θεὸς ὑμῶν] Legendum μεθ' ὑμῶν· ut apud Antonium; ut aliquatenus respondeat τῷ μεθ' ἀλλήλων.

P. 10. v. 7. Κἀγὼ] *Ideo etiam ego.*

P. 10. v. 17. Χριστιανὸς] Utpote Dei servus, in cujus potestate est, & cujus voluntati, non suiipsius, parendum est. Ideo nemini iter hoc, Dei caussa suscipiendum, utut difficile & laboriosum, declinare licebit.

P. 10. v. 19. Πιστεύω γὰρ τῇ χάριτι, ὅτι] Transpone verba, ὅτι τῇ χάριτι, h. e. διὰ τὴν χάριτα.

P. 10. v. 27. Ὡς τὸ θέλημα] Mandatum Imperatoris Trajani. Sed dubito.

P. 10.

P. 10. v. 28. Ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις] Ecclesiis anterioribus, quæ nempe inter Smyrnam & Antiochiam sitæ sunt, & quas S. Martyr, relicta Syria & longo isto minoris Asiæ tractu peragrato, nuper invisérat.

P. 10. v. 29. Ὡς θεοῦ γνώμῃ κεκλημένος] *Utpote perspecto Dei consilio.*

P. 10. v. penult. Δοξασθῆτε] V. I. legebat δοξασθῇς, *glorificeris.* Sed fortasse enallage numeri hic potius admittenda videtur. Hoc charitatis & benevolentiæ Christianæ officio longum duraturo, imo in æternum celebrando: αἰωνίῳ ἔργῳ, phrasi Oratoribus usitata.

P. 10. v. ult. Ὡς ἄξιος ὤν] Verba hæc cum superioribus sunt connectenda, & de S. Polycarpo intelligi debent, & non cum sequentibus conjungenda: ut perperam intellexit V. I. Hoc enim non sinit S. Martyris humilitas & modestia, idque sæpe sæpius & acerrime quidem deprecatur. Qui vero ea posterioribus adjungi volunt, pro ὡς legi debere ὃς contendunt. Sed non opus est hac emendatione.

P. 11. v. 2. Αὐτῆς] Recte. Nam fortasse ipse Epitropus, illius maritus, erat aut mortuus aut absens.

P. 11. v. 9. Ἐπισκοπῇ] V. I. *visitatione*, i. e. sub cura & regimine unius Episcopi, nimirum vestri Polycarpi. Alloquitur jam universos istius urbis Christianos. *Codices Augustanus & Leicestrensis habent* ἐπισκόπῳ· & fortasse rectius.

SCHOLIA

SCHOLIA & ANNOTATIONES
THOMÆ SMITHI
IN EPISTOLAM S. IGNATII
AD
EPHESIOS.

P. 11. v. 13. ΕΝ μεγέθει θεῦ παντὸς καὶ πληρώματι] Πλήρωμα sive αὐτάρκεια, sive immensa Dei natura, quæ implet res & loca omnia, spatiumque, ultra quod intellectus humanus vel concipere vel fingere possit.

P. 11. v. 17. Ἐκλελεγμένοι ἐν πάθει ἀληθινῷ] P. Junius legi vult, πόθῳ· sed male. Sensus hic manifestus videtur: *electam virtute meritorum mortis & passionis Christi, quam ille vere subiit.* Hæc enim epitheta referri debent ad ἐκκλησίαν, quod post εἶναι in quarto casu subtelligendum est, non ad δόξαν.

P. 11. v. 23. Τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα] *Existimationem, famam, quæ apud omnes amabilis est, illorumque affectus allicit.* Ad ecclesiam scribit singulari numero, utpote in uno capite, Christo, & eidem Episcopo unitam. Sed quare ergo in ceteris epistolis non eadem reperitur loquendi forma? Veruntamen non est, quod accurationem Grammaticam in homine occupatissimo, & in itinere variis negotiis & molestiis districto exigamus. Interpolator ad tollendam istam, ut sibi videbatur, ἀκυρολογίαν, substituit τὸ ὑμῶν.

P. 11. v. 25. Φύσει δικαίᾳ] *Bona indole sive natura per Spiritum sanctum infusa. Vos qui præclaram hanc laudem ex ista ingenita indole acquisivistis.* V. epist. ad Trallianos in initio. *incoinquinatam mentem habentes,* ἀ κτῇ χεῖσιν, ἀλλὰ κτῇ φύσιν. Quædam habet V. l. quæ in Græco textu desunt: qui hoc modo reformari possit: Ἀποδεξάμενοι, ut habent vulgati codices, ἐν θεῷ — ἅτι μιμηταί — hæc enim particula ὅτι è Græco exemplari videtur excidisse, ex veteri Interprete restituenda. Sensus aliter hujus sectionis, hiulcus & plane perturbatus ob quorundam verborum defectum, haud facile explicandus.

P. 11. v. antepen. Ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος] *Ob Christum, cujus nomine censemur, utpote communem Salvatorem nostrum, & omnium Christianorum spem.* 1 Tim. I. 1. *vel ob spem vitæ æternæ, ad quam nos omnes anhelantes adspiramus.*

P. 11. v. ult. Θεομαχῆσαι] Hic quod deest in textu, è versione supplendum est: & vice versa.

P. 12. v. 1. Επιτυχεῖν συμπᾶσι] Τὸ ἐπιτυχεῖν hic redundare videtur: & plane omisit Interpolator.

P. 12. v. 13. Παραμεῖναι αὐτὸν] Addit Interpolator ἄμωμον absque aliqua necessitate.

P. 12. v. 26. Επιταυτόμμοι] Insignis error Librarii & plane intolerabilis, pro ὑποταυτόμμοι, *subjecti*: ut habet V. I. & codex Medicéus.

P. 13. v. 4. Τῆ παρῆς ἡ γνώμη] Γνώμη hic idem videtur esse cum πῷ λόγῳ. Quæ phrasis quum paullo durior videretur Interpolatori, illam molliendo, corrupit sensum. Καὶ γὰ Ιησῆς Χριστὸς πάντα κατὰ γνώμην θεοῦ πέφηνε τῆ παρῆς. Quid si legamus τῆ γνώμη hoc sensu. *Christus Dei Patris voluntate & sententia Princeps ecclesiæ* δειχθεὶς sive *constitutus*, *sicut & Episcopi ipsius sententia.* quod nimirum sequitur: οἱ ἐπίσκοποι οἱ κατὰ τὰ πέρατα — *Episcopi ex voluntate Christi ubique per omnes terrarum tractus stabiliti, quam nimirum Apostoli ab ipsius ore didicerunt, & in ipsius nomine in universis ecclesiis definiverunt.* Hæc enim lectio non mihi sollicitanda videtur. Eadem occurrit in re prorsus eadem in inscriptione epistolæ ad Philadelphenses — σὺν τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ὑποτεθειμένοις.

P. 13. v. 6. Εν γνώμη Ιησῦ Χριστῦ] Doctissimus [a] Hammondus præpositionem ἐν vult deleri, & legi γνώμη casu recto, ut in priore parte hujus periochæ, ad mentem quoque V. Interpretis, quasi ab illius codice illa particula omnino abfuisset, *Jesu Christi sententia.* Hæc turpi negligentia omittens Interpolator, alia diversi argumenti stupide & prorsus ἀπροσδιονύσως substituit.

P. 13. v. 23. Οὐκ ἀνθρωπίνως] *Non qualem homines seculo addicti inter se familiari sermone de rebus variis solent exercere.*

P. 13. v. 24. Εγκεκραμμένης] V. I. *conjunctos.* quasi *immixtos & simul adunatos.* Sed comparationes hujusmodi, quæ sequuntur, non sunt ad rigorem literæ exigendæ, sed molliter interpretandæ.

P. 13. v. antepen. Πάσης ἐκκλησίας] *Totius ecclesiæ, ipsi subjectæ, & sub ipsius cura & regimine adunatæ.* V. Vind. II. 118.

P. 13. v. penult. Επὶ τὸ αὐτὸ] *Ad eundem sacrum cœtum.*

P. 14. v. 4. Καὶ ὅσῳ βλέπῃ] Ob dignitatem venerabilis est Episcopus, etiam dum minus loquitur & imperat. Vide quæ habet. §. XV. & in epist. ad Philadelph. in initio.

P. 14. v. 16. Τὸ ὄνομα περιφέρειν] Vel Christi vel Christianorum (vide ep. ad Philadelph. §. X.) utpote nomine tenus Christiani & Pseudo-Christiani: quales erant Ebionitæ & Gnostici. Τῶν ψευδαλήθων καὶ τῶ ἐν ὑποκείσει φερόντων τὸ ὄνομα τῦ Κυρίυ. Polycarpus ad Philadelph.

P. 14. v. 24. Εἷς ἰατρὸς] Christus, qui animis fauciis æque ac corpori morbis infirmitatibusque laboranti adhibet medicinam.

P. 14. v. 21. Γενητὸς καὶ ἀγέννητος] Legebat V. I. γεννητὲς καὶ ἀγέννητος, *genitus & ingenitus*: uti quoque S. Athanasius in libro de Synodis Arimini & Seleuciæ, & Theodoretus in Αιρέσεων, nisi quod illic pro ἀγέννητος legitur ἐξ ἀγεννήτυ non tam casu quam consilio sive Auctoris sive Librarii. Alteram

[a] V. Dissertat. II. pag. 113. 126.

vero

vero sectionem sequitur Gelasius in libro de duabus Christi naturis, *factus, & non factus.* V. D. Bullum in defensione fidei Nicænæ. p. 75.

P. 14. v. 26. Τότε ἀπαθὴς] Christus post resurrectionem nullis infirmitatibus, ægritudinibus, affectibusque, quos antea subierat, jam futurus obnoxius.

P. 14. v. ult. Ἀγνίζομαι] Legendum ἀγνίζωμαι· *ipse offerar in victimam pro ecclesia Ephesiorum.* ὑπὲρ enim apponendum esse ante ὑμῶν olim sentiebam: sed jam dubito, quum in parallelo loco occurrat absque præpositione. ep. ad Trall §. XIII. Interpolator sensum vocis non intellexit, ideo hoc modo παραφράζει· Πεεί-ψημα ὄ ὑμῶν ἡ τ ἀγνοτάτης Εφεσίων ἐκκλησίας.

P. 15. v. 2. Πνευματικὰ] *Ad finem spiritualem diriguntur.*

P. 15. v. 23. Κατ' ἄλλον βίον] *Secundum vitam hanc Christianam, quæ alia est à naturali.*

P. 15. v. 28. Μαθητευθῶμεν] *Ut bonis vestris operibus instructi convictique de suis malis moribus pudefiant & ad Deum convertantur, indeque discipuli fiant Christi.*

P. 15. v. antepen. Τὰς περισσὰς] Deest quippiam ad absolvendam syntaxin. Interpolator habet ἀνταξίως· quod non inconcinnum videtur.

P. 16. v. 3. Τίς πλέον ἀδικηθῇ, τίς ἀποστερηθῇ, τίς ἀθετηθῇς] Hæc verba parenthesi includi oportere puto — *Nobis quidem diligenter laborandum est, ut simus Domini Christi in omni mansuetudine & patientia imitatores.* Quod argumentum fortius urget, ad ipsos provocando: *quis majorem injuriam passus est unquam, quam ipse Christus passus fuerit? quis magis destitutus, aut majori ludibrio & contemptu exceptus, tanquam esset nullius pretii & ob vilitatem plane rejiciendus? Divinissimum hoc Christi exemplum sequimini, ne quis malus affectus, ne qua mala doctrina,* βοτάνη, *quam diabolus suorum mentibus inserere solet, in vobis reperiatur.* Hac enim metaphora ex frequenti usu S. Ignatium mire delectari quis negaverit? V. epistolam ad Philadelph. §. III. & ad Trallian. §. VI. ubi seipsum clarius explicat: — ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης ἀπέχεσθε, ἥτις ἐστὶν αἵρεσις. eodem plane sensu, quo impia illa & blasphema dogmata nuncupat κακὰς θυγατράδας. ibid. §. XI.

P. 16. v. 6. Μένητε] Ex festinatione variat personam sanctissimus Scriptor, accuratæ locutionis parum curiosus. V. I *maneatis*: ac si legisset μένητε. Nec quicquam omnino refert.

P. 16. v. 12. Ἐν τῷ δύο] Quæ verba omittuntur ab Interpolatore: si interponatur particula ὡς post μόνον, sensus erit facilis: *Aut hoc aut illud solum agamus, ut in Jesu Christo inveniamur, ad vitam veram & immortalem in cœlis obtinendam magis inde comparati & dispositi.*

P. 16. v. 21. Ἐγὼ κατάκειμαι] *Adjudicatus à Trajano ad bestias, vos vero ab ejusmodi supplicüs per Dei misericordiam liberati.*

P. 16. v. 23. Ὑμεῖς ἐστερεωμένοι] *In pace firmati, & extra omne periculum.*

Ibid. Πάσης] Hanc lectionem frustra deserit D. Hammondus, Differt. II. pag. 90. & totam periocham turbat.

P. 16. v. 28. Ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ] *In tota epistola, sive in illa epistola passim laudes vestras celebrat.* ut antea πάσης ἐκκλησίας, § V. *totius ecclesiæ.* Fru-

stra

ſtra hanc lectionem ſollicitat D. Hammondus. ibid. V. Pearſoni Vindicias II. pag. 118.

P. 16. v. antepenult. Εἰς εὐχαειστίαν θεῦ καὶ εἰς δόξαν] Ad frequentes ſacras ſynaxes Epheſios hortatur vir ſanctiſſimus, utpote in quibus ſolennes gratiarum actiones Deo præſtantur, & maxime glorificatur Deus ob myſterium redemptionis hominum per mortem Chriſti in illis ſacratiſſimis ritibus repræſentatam.

P. 17. v. 8. Θεοῦ ὄζιν] V. I. *Deus eſt.* prorſus male. Sic explico: *Hæc duo, fides & charitas, ſimul conjuncta, Dei ſunt.* i. e. *à Deo proficiſcuntur, & ſunt præterea præcipua religionis Chriſtianæ officia, ceteraque, quæ ad bene ſancteque vivendum requiruntur, ſunt horum quaſi appendices &* ἀκόλυθα. Hic quoque peritia veteris Interpretis deſideratur, qui perperam εἰς χαλοκἀγαθίαν ἀκόλυθά ὄζιν, *in bonitate ſequenda ſunt.*

P. 17. v. 14. Οὐ γὰ νῦν ἐπαγγελίας] Hoc eſt, ni fallor, neque enim id præſidenter ſtatuo: *Nos non poſſumus præſtare, quod ſuſcepimus, niſi ope fidei, qua in finem uſque in ſanctitate vitæ & bonis operibus præſtandis perſeveramus.* Locus ſane perplexus, & ab Interpolatore omnino omiſſus.

P. 17. v. 17. Σιωπᾶν καὶ εἶναι] Eſſe Chriſtianum ſine ſtrepitu verborum.

P. 17. v. 20. Α σγῶν δὲ πεποίηκεν] *Chriſtus ſuiipſius gloriæ per univerſam vitam, etiam quando maxime mira & divina miſſione prorſus digna præſtitiſſet, non velificatus eſt, utpote ab omni oſtentatione vacuus.*

P. 17. v. 21. Ο λόγον Ιησῦ κεκλημένος] *Qui ſermonibus Chriſti auſcultat, imitatur ejus ſtupendam modeſtiam & humilitatem. Quod enim Chriſtus ſilendo fecit, ille dum vitæ ſanctioris regulas ab ipſo inſtitutas & traditas vere & ſincere obſervat ſequiturque, inde melius habet perſpectum. Qui integrum hunc vitæ Chriſtianæ apicem & perfectionem aſſecutus eſt, ſive loquitur, ſive ſilet, continuo vitæ ipſius tenore ſe eſſe Chriſtianum demonſtrat.* Totam hanc periocham, eo quod non intellexerit, pro more ſuo penitus neglexit Interpolator.

P. 17. v. 24. Κύειον] *Chriſtum.* (de illo enim tota ſectio procedit) qui mox nuncupatur θεός. ubi, ut ſæpiſſime alibi, imitatur S Paulum. 1 Cor. III. 16.

P. 17. v. 28. Οπερ καὶ ἔσιν καὶ φανήσεται] *Hoc, (nempe, Deum in nobis eſſe) & revera ita ſe habet, & nobis tanquam ob oculos manifeſtabitur ex hoc indicio, ſi illum vere, & ſicut lex Chriſtiana poſtulat, diligamus.* Pene tædet toties meminiſſe omiſſionum Interpolatoris.

P. 17. v. antepen. Οἰκοφθόροι] V. I. *domus corruptores. qui ſeipſis mollitie abutuntur, aut illicitis nefandiſque concubitibus indulgent; quum ſint domus & templa Dei: cujus ſpiritus* οἰκεῖ *habitat in nobis.* εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός. 1 Cor. III. 17. Vulgatus Interpres, *maſculorum concubitores.*

P. 18. v. 1. Πίσιν θεοῦ] *Qui doctrinam fidei, quam Deus per Chriſtum revelavit,* ὑπὲρ ἧς *pro qua fide,* ſive *in cujus confirmationem Chriſtus mortem oppetiit, falſis dogmatibus hæreticiſque commentis corrumpit.* De hac

κακῇ

κακὴ διδαχὴ vide supra sect. IX. quæ mox appellatur διδασκαλία τῆς ἀρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου sect. XVII. Pro πίστιν θεοῦ Interpolator habet τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν, & sensum hujus periochæ misere pervertit. Hæretici illi, contra quos disputat S. Ignatius, ex illius sententia longe in pejori statu erunt, quam vita & turpissimis moribus flagitiosi.

P. 18. v. 10. Ἐκ τῆς παρακειμένης ζῆν] *A vita Christiana proposita, quam vos juxta sanctam professionem in baptismo factam persequi oportet.*

P. 18. v. 11. Διὰ τί] *Quare non hac solenni institutione contra hasce impias fraudes & præstigias sapientia instructi sumus, qui doctrinam Jesu Christi Salvatoris nostri ex speciali gratia Dei acceperimus? Hoc ipso nomine edocti sumus, quod nemo nisi abjecta spe salutis ignorare potest, ut Christum ejusque Evangelium, in quo quicquid de Deo revelavit, continetur, amplectamur & confiteamur.*

P. 18. v. 15. Περίψημα τὸ ἐμὸν πνεῦμα τοῦ σταυροῦ] *Vitam meam dabo, tanquam victimam piacularem pro doctrina crucis.*

P. 18. v. 17. Πῦ σοφὸς] Omittitur πῦ γραμματεύς; quod est apud Apostolum. 1 Cor. I. 20. nisi pro illis repositurus S. Ignatius, πῦ κατάχησις τῶν λεγομένων συνετῶν; Interpolator habet δυνατῶν, i. e. *potentum*: quod non intellexit suus Interpres, qui reddit, *ubi exsultatio dictorum?* omissa altera voce.

P. 18. v. 22. Ἵνα τῷ πάθει] *Christus genitus & baptizatus est, ut aqua, solenni ista institutione purificata, sit sacramentum in remissionem peccatorum per sanguinem Christi, & sordes peccatorum abluat.* Theodoretus habet, ἵνα τὸ θνητὸν ἡμῶν καθαιρεθῇ. V. Catenam in S. Lucam, cap. III. 21. Interpolator, ἵνα πεποιήσηται ἢ διάταξιν ἢ ἐγχειρεθείσαν τῷ σωφρονῇ. Sed hæc aliena sunt à mente S. Ignatii.

P. 18. v. 26. Τελα μυστήρια κραυγῆς] *Quæ jam omnium ore celebrantur, & nullo modo, uti mysteria Gentilium, celantur & reticentur. Hæc tria* inquit S. Martyr *esse mysteria, quæ omnes vere Christiani jam aperte, quasi proclamatione facta, confitentur.*

P. 18. v. 27. Ἅ πνα ἐν ἡσυχίᾳ θεοῦ ἐπράχθη] uti quoque habet Andreas Hierosolymitanus apud Usser. p. 12. Interpolator omittit θεοῦ. *Hæc juxta Dei consilium & decretum ab omni æternitate, in qua seipso fruebatur, quæ diu latuerant, typis quoque silentio obruta, jam hæc eadem clare revelantur, nec amplius reticenda, sed ubivis voce sonora evulganda.*

P. 19. v. 6. Εἰς καινότητα ἀϊδίου ζωῆς] V. I. *in novitatem vitæ æternæ. Christus in carne manifestatus novam clariorem que de vita immortali in cœlis fruenda fidem & doctrinam mundo, fugatis ignorantiæ tenebris, inductoque Evangelii lumine, intulit.* ut postea εἰς καινότητα ἐλπίδος. Sect. IX. ep. ad Magnes.

P. 19. v. 7. Ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανεν] Sensus mihi videtur esse ejusmodi: *Christus ab initio incarnationis & in isthoc momento humanam naturam divina operatione perfectam assumpsit*: vel, *Dispensatio illa de Christo nascituro tum revera initium in terris habuit, quæ in mente divina ab seculis æternis exstabat, & apud Deum perficiebatur.* Alter Interpres ἀρχὴν reddit *principatum*, (cetera vero miserrimum in modum pervertens) quasi hoc voluisset S. Ignatius, *Christum à Deo Patre summam tum in cœlo tum in*

terris poteſtatem morte ſua adeptum fuiſſe. Sed hoc, ut quidem puto, ad mentem illius parum facit.

P. 19. v. 8. Ενδεν τα πάντα συνεκινεῖτο] h. e. *in regno Satanæ, eo quod jam mali ſpiritus ſibi metuere inceperint, quod jam Chriſtus carne aſſumpta mortem ipſam vel moriendo diſſolvere eſſet propoſiturus.*

P. 19. v. 12. Εν τῷ δευτέρῳ βιβλιδίῳ] Epiſtolam alteram ſive libellum ad Epheſios ampliori verborum contextura ſcribere in animo habuit S. Ignatius, nempe de Chriſti incarnatione, ceteriſque rebus ad ipſius vitam ac mortem ſpectantibus. V. Vind. II. 136.

P. 19. v. 15. Εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον] h. e. περὶ τῆ καινῆ ἀνθρώπε *ſive de Chriſto facto homine, quatenus iſta diſpenſatio ad paſſionem & reſurrectionem ipſius refertur. Hæc plenius vobis ex fide illa & dilectione, quam erga illum habeo, deinceps manifeſtabo.*

P. 19. v. 18. Οπ δὲ κατ' ἄνδρα] Particula ὅπ videtur determinare ſenſum verbi σωτρέχεδε ſive σωίρχεδε ad tempus præſens modi indicativi, ut V. I. reddit, & non ad imperativum, ut habet Gelaſius, ac ſi à ſuo codice plane abfuiſſet τὸ ὅπ: quod non agnoſcit Interpolator. Rationem enim reddit S. Ignatius propoſiti illius, quod in ſe ſuſceperat, *Hoc ideo faciam,* ὅπ *quoniam vos &c.*

P. 19. v. 19. Σωτρέχεδε] Theodoretus habet σωέρχεδε: & quidem rectius. Adde ex eodem ἐν μία πίσει, *in una fide*, quod habent & Gelaſius & vetus Interpres, & codex quoque Medicéus. Quæ verba Voſſius ex feſtinatione inter exſcribendum in ſuo exemplari omiſit.

SCHOLIA

SCHOLIA & ANNOTATIONES
THOMÆ SMITHI
IN EPISTOLAM S. IGNATII
AD
MAGNESIOS.

P. 20. v. 13. Πολυτάκτον] V. I. *multibonam ordinationem.* Alter Interpres rectius *dilectionem bene dispositam,* i. e. *bene ordinatam juxta regulas Christianæ doctrinæ.*

P. 20. v. 16. Καταξιωθεὶς τῆ ὀνόματι] *Cognomento quasi sacro* Θεοφόρῳ, *& divine pulchro, quod nuper dignatione divina adeptus sum, ornatus, vinculis jam constrictus, ecclesias Christi laudare & celebrare pergo.*

P. 20. v. 18. Ενωσιν σαρκὸς καὶ πνεύματος] Integram nimirum perfectamque Magnesiis optat unionem fidei & charitatis, maxime vero Jesu Christi & Patris: quod de spirituali illa & mystica communione, quam fideles & sancti habent cum Deo Patre & filio ejus Jesu Christo, 1 Joan. I. 3. Joan. XVII. 21. intelligendum est. Sensus hic optimus & luculentus est. Locum hunc fœde corruptum esse hariolatur Vedelius, qui pro εὕχρωμαι substituit εὕρημαι seu εὑείσκομαι, *in quibus unionem invenio.* Literalis & pene barbara versio Antiqui Interpretis ita restituenda est hac nova interpunctione: —*Jesu Christi, qui est nostrum semper vivere, fidei, & charitatis,* ——

P. 20. v. 25. Επεὶ οὖν ἠξιώθην] Sensus hujus sectionis imperfectus videtur. Non enim huic illationi respondet aliqua ἀπόδοσις· quod neutiquam vitio verti debet S. Martyri inter concussiones militum hasce epistolas festinante calamo scribenti.

Ibid. Διὰ Δάμα] Meminit quoque Damæ fictor in epistolis ad Antiochenos & ad Heronem. Damas autem & Demas idem mihi esse videntur.

P. 20. v. ult. Ως χάειτι θεοῦ] i. e. *favori & benignitati divinæ illum in ista excelsa dignitate constituenti.* vel fortasse χάειτι hic ponitur vice τῇ χάεισμα. Aliter legebat Interpolator junctim χάειτι θεοῦ ἐν νόμῳ Ιησοῦ Χριστοῦ, pag. 140. Quæ sequuntur apud V. I. desunt in textu, nec ea agnoscit Interpolator, & sunt plane additicia.

P. 21. v. 7. Οὐ προσεληφότας] h. e. *non attendentes juventuti Damæ, qui vester Episcopus constitutus & ordinatus est.* Frustra substituit P. Junius προσειλη-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [175] - 77
PUBLIC DOMAIN

πρεσβυτέρους. Sensus hic mihi quidem verus esse videtur: quem attigit Interpolator, ὁ πρὸς τὴν φαινομένην ἀροξῶντας νεότητα. Ad ætatem enim Damæ, quum plane juvenis esset, quod ex vultu ipsius cuivis manifeste apparebat, verba ista φαινομένην νεωτερικὴν, referri debent: non tamen prorsus abnuerim tempus *nuperæ recentisque ordinationis* hic quoque posse intelligi. *Ordinem* vero apud V. I. pro *ordinationem* poni tralatitium est

P. 21. v. 11. Θελήσαντος ὑμᾶς] Ita quoque legebat V. I. *volentis nos*: quod tolerari potest. *In honorem Dei, qui vult nos*, subintellige, *communi hac professione Christiana conjunctos, & eadem ecclesiastica disciplina confœderatos, episcopo cuivis, si sit senex, sive juvenis, sincero affectu & reverentia morem gerere.* Cotelerius reponit ὑμᾶς· nec quidem negaverim veriorem esse lectionem.

P. 21. v. 15. Τὸ δὲ τοιοῦτον.] Si hic ponatur interpunctio, omnis difficultas evanescit. *Quod vero ad hoc monitum de vera & sincera obedientia juveni Episcopo præstanda spectat,* ὁ λόγος, *illud quod supra jamjam dixi, non tantum ad hominem quantum ad ipsum Deum, qui intimos cordis recessus penetrat, & hanc hypocrisin celatamque contemptionem vindicabit, debet referri*: vel si ὁ λόγος pro *ratione* sensu Mathematicorum accipiatur, sensus erit parum diversus. *Hoc est ejusmodi consilium, in quo, non hominum sed omniscii Dei ratio maxime habenda est.* Ad hunc modum interpolator recte explicat, ἔχει ἀναφοράν.

P. 21. v. 20. Ἐπίσκοπον μὲν καλῶσιν] *Justa auctoritate constitutum fatentur, illo tamen inconsulto omnia agunt.*

P. 21. v. 22. Διὰ τὸ μὴ βεβαίως] *Eo quod non recta & firma fide neque justo & stabili ordine juxta præceptum Christi & Apostolorum ad sacros cœtus sub cura peculiarium Episcoporum sese conferant.*

P. 21. v. antepenult. Τὸ ὑποδανεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος] h. e. *propter Christi passionem, vel juxta ipsius passionem, quam, tanquam exemplar coram oculis positum exhibitumque, imitari, quavis justa occasione oblata, debemus.* Male ergo inserit Interpolator ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, & omnino præter mentem S. Martyris.

P. 22. v. 9. Ἐν τέλει ἐφάνη] *Christus, qui ante omnia secula erat apud Patrem, utpote æterni Patris æternus filius, tandem apparuit in fine mundi Judaïci, quando novum seculum sub Evangelio esset incipiendum*: vel, *in fine mundi universi.* Crediderunt enim istius seculi Christiani, rerum omnium consummationem non procul abfuisse. Ita verba, quæ paullo antecedunt, videntur intelligenda: ἐπεὶ ἤγγικε τὸ τέλος τὰ πράγματα ἔχει· *quum omnia jam ad interitum sive ad ultimum finem vergant.* uti in epistola ad Ephesios, §. XI. ἔσχατοι καιροί· more loquendi apud Apostolos frequentissimo.

P. 22. v. 15. Πεπιθημένοις] *Presbyteris, quos Episcopus supra vos in curam regimenque animarum vestrarum collocavit.*

P. 22. v. 16. Εἰς τύπον ἐν] *Ut inde incorruptæ fidei regulas ad veram doctrinam cognoscendam ediscatis.*

P. 22. v. 22. Ἰδίᾳ ὑμῖν] h. e. *seperatim. Neque aggrediamini, ut quicquam à vobis seperatim extra communionem Episcopi & Presbyterorum in conven-*

conventiculis veſtris factum, rationi congruum, juſtum aut decens appareat, falſuſque color aliunde inducatur.

P. 22. v. 22. Μία προσευχὴ, μία δέησις] *Unio fiat in precibus, in fide & intellectu myſteriorum fidei, in ſpe, in charitate, & in puro iſto gaudio, quod ex ſpe vitæ futuræ & bona conſcientia oritur.*

P. 22. v. 24. Εἷς ἐστιν] V. I. *quod eſt*: ac ſi ὃ legiſſet. uti quoque habet Antiochus, homilia LXXX. εἷς videtur eſſe melior lectio, quæ mox repetitur.

P. 22. v. 28. Τὸν ἀφ' ἑνὸς πατρὸς] *Filius*, quando in mundum venit, *à Patre exiiſſe* dicitur, & tamen *in Patre eſt*: (ἡνωμένος ὢν, ut paullo ante) *& ad Patrem reverſus eſt*: h. e. poſt reſurrectionem. V. Vind. II. 40. 55. & Bullum. p. 290. Verba hæc, penitus ab Interpolatore omiſſa, ad τὴν ἐμπεριχώρησιν perſonarum S. Trinitatis, cujus frequens mentio apud Græcos Patres occurrit, referri poſſunt.

P. 23. v. 1. Ἰουδαϊσμὸν] V. I. *ſecundum Judaïſmum*. Igitur τὸ νόμον gloſſema fruſtra & omnino ſuperflue additum videtur. Nec opus eſt, ut legamus Ἰουδαϊσμῷ, aut Ἰουδαϊκὸν, ut habet Interpolator. Κατὰ Ἰουδαϊσμὸν & κατὰ Ἰησοῦ Χριστὸν, quod mox ſequitur, & deinde paucis interjectis κατὰ Χριστιανισμὸν, rectiſſime ſibi invicem opponuntur.

P. 23. v. 3. Κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ἔζησαν.] *Prophetæ ſecundum fidem in Chriſtum venturum, vel vitam vere Chriſtianam ab omni flagitio puram egerunt.*

P. 23. v. 5. Εἰς τὸ πληροφορηθῆναι] *Præcipuus finis & ſcopus Prophetarum eſt, ut adventum Chriſti prædicerent & enarrarent, per quem Deus voluntatem ejus univerſis hominibus eſſet tandem aliquando manifeſtaturus.*

P. 23. v. 8. Οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθών] Prius dixerat ἀφ' ἑνὸς πατρὸς προελθών. Inſignis hic locus optime explicatur à viris præſtantiſſimis, quos hic nominare, quum id nemo ignorare poſſit, incongruum & abſurdum videbitur, contra iniquas exceptiones & cavillationes illorum, qui inde αὐθεντίαν epiſtolarum S. Ignatii impugnare tentaverint.

P. 23. v. 12. Εἰς καινότητα ἐλπίδος] V. I. *ad novitatem ſpei*, h.e. *ad rerum plane novarum, utpote veteribus incognitarum, ſpem.* Vel, *ſi tranſiverint à veteri Judaïſmo, in quo erant innutriti, ad novitatem Chriſtianæ doctrinæ, quæ novam vitæ in altero ſeculo obtinendæ ſpem fovet.* Alter Interpres, *ad vacuam ſpem*: quaſi legiſſet κενότητα, ut habet codex Auguſtanus: Nydpruccianus vero νεότητα.

P. 23. v. 13. Κατὰ κυριακὴν] Τὸ ἡμέραν hic neceſſario ſubintelligendum eſt, quod ex ſequentibus patet.

P. 23. v. 14. Ζωὴν ζῶντες] Iſtud τὸ ζωὴν eſt merum δίπλασμα & plane rejiciendum: nec agnovit V. I. Fortaſſe reponendum eſt ἑορτάζοντες.

P. 23. v. 15. Δι' αὐτοῦ καὶ θανάτου αὐτοῦ] *Per ipſum*, i. e. *Chriſtum, qui pro nobis mortuus eſt.*

Ibid. Οὐ τινες ἀρνοῦνται] V. I. legebat ὃ, *quod quidam negant.* Nec intereſt, utro modo legatur. Hoc in loco contra Ebionæos videtur diſputare S. Ignatius, qui, divinitatem Chriſti negantes & Judaïſmum introducere ſatagentes, myſterium illud de ſalute hominum per Chriſti mortem procuranda pariter quoque & ex conſequenti pernegabant.

P. 23.

P. 23. v. 16. Δι' ἣ μυστηρίου] *Per myſterium mortis Chriſti gratiam fidei accepimus: quapropter mortem ipſam ſuſtinemus.*

P. 23. v. 23. Παρὼν ἤγειρεν] *Quando ipſe à mortuis reſurrexit. S. Matth.* XXVII.

P. 23. v. 26. Μιμήσεται] V. I. *perſequatur.* Interpolator μωμήσεται· prorſus male. Voſſius legendum contendit, πιμήσεται· alii πιμωρήσεται. Sed forſan lectio hæc, cruda licet, tolerari poteſt, hunc nimirum in ſenſum: *Si Deus eodem modo nobiſcum egerit, quo contra ipſum agere ſolemus, miſeri peribimus.* Pſalm. CXXX.

P. 23. v. 29. Ἀλλῳ ὀνόματι] *Alio nomine quam Chriſtianorum.* Ebionæis enim & Gnoſticis ſacrum illud commune nomen à Chriſto inditum plane ſordebat.

P. 24. v. 1. Τὶς ἐν ὑμῖν] Forte reponendum πῖ. Sed ſi altera lectio, quam etiam agnoſcit V. I. pro genuina habeatur, tum interpretari oportet, *aliquis inter vos.*

P. 24. v. 14. Πραχθέντα] præpone, ἃ εἰσὶ· propter Grammaticæ rationem: uti habet V. I. *quæ facta ſunt.*

P. 24. v. 19. Πρὸς ἕνα] *Cum aliquo ex vobis non ſum conferendus.*

P. 25. v. 1. Καὶ ἀλλήλοις] V. I. *adinvicem:* pro diverſa nimirum ratione dignitatis & ſubordinationis.

P. 25. v. 8. Οὐκ ἄξιός εἰμι καλεῖσθαι] Reticet S. Martyr titulum & nomen epiſcopalis dignitatis, humilitatis cauſſa. Igitur male additum eſt ab Interpolatore.

P. 25. v. 13. Ἐφέσιοι ἀπὸ Σμύρνης] Duplici modo explicari poteſt. Epheſii, qui Smyrnam ab Epheſo mei cauſſa venerunt, & qui jam Smyrnæ agunt: vel Epheſii, qui commercii & negotiorum cauſſa hic Smyrnæ ante adventum meum degebant tanquam incolæ, licet Epheſo oriundi, & forte naſcendi iſtius metropoleos cives. Sed prior interpretatio magis placet, utpote menti S. Ignatii longe accommodatior.

P. 25. v. 18. Ἐν τιμῇ] Διὰ τιμᾶς, *ob honorem.*

SCHO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [178] - 80
PUBLIC DOMAIN

SCHOLIA & ANNOTATIONES
THOMÆ SMITHI
IN EPISTOLAM S. IGNATII
AD
PHILADELPHENSES.

P. 25. v. 28. Ἀγαλλιωμένῃ] Recte. Vocabulum enim hoc frequenter occurrit apud Scriptores N. Instrumenti, quos imitatur S. Martyr. Vulgati codices habent ἀγαλλομένῃ, sensu eodem.

P. 26. v. 2. Παράμονον] *Gaudium stabile, & quod nullis vicissitudinibus, quæ menti ægritudinem inducere solent, obnoxium, perpetuo manet.* Vulgatus Interpres habet, *singulare*; vera & Grammatica vocis notatione non intellecta. V. I. *incoinquinatum*: ac si legisset ἄμωμος. Occurrunt enim hæc verba conjunctim in epistola ad Magnesios §. VII. ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ, *in gaudio incoinquinato.* Identidem reddit hanc vocem in epistola ad Trallenses ἄμωμον διάνοιαν *incoinquinatam mentem.*

P. 26. v. 6. Εν γνώμῃ] h. e. διὰ γνώμης, *juxta sententiam & ordinationem Christi per Apostolos factam.*

P. 26. v. 9. Οὐ ἐπίσκοπον] Sensus hujus loci mancus videtur, nisi legamus τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν. Ita habet Interpolator cum additamento διασάμενον ὑμῶν τὸν ἐπίσκοπον.

Ibid. Οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων] h. e. *non ex proprio impulsu aut inanis gloriæ affectatione, aut quopiam malo affectu, neque emendicatis ambitisque suffragiis populi*; sed *designatus*, ἀποδεδειγμένον, *declaratus, & constitutus episcopus Philadelphensis*; *sed solo Dei & Christi amore ductus episcopale hoc munus sive ministerium in commune bonum universi populi Christiani & ecclesiæ ab ipsius beatissimo Fundatore institutum ex intuitu & sensu ejuscemodi publicæ utilitatis in se suscepit.*

P. 26. v. 15. Ος σιγῶν.] V. epist. ad Ephes. §. VI. & XV. Hic illius episcopi modestiam laudat & admiratur S. Ignatius, qui se mitem ac mansuetum erga immorigeros gessit, & tacuisse visus est; isthoc tamen silentio potentior, potestate Episcopali tempore commodo majori cum fructu usurus, quam ii qui effreni verborum profusione, dogmatumque vanorum ostentatione aures & mentes Christianorum conturbant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [179] - 81
PUBLIC DOMAIN

P. 26. v. 16. Συνευρύθμιστῳ] Vulgati codices συνάρμοστῳ. quæ vox occurrit in epiſtola ad Epheſios §. IV. συνάρμοστῳ — ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ. Hic vero caſibus inverſis, ὡς χορδαῖς κιθάρα· quia de ſolo Epiſcopo loquitur, quem tanquam citharam chordis conſonam, h. e. cum populo ſuo convenientem repræſentat. Perperam ergo reddit V. I. *concordes eſtis.*

P. 26. v. 18. Τὴν εἰς θεὸν αὐτῆ γνώμλιν] *ſententiam juxta conſilium & præceptum Chriſti, probam, piam, juſtam, & quæ auctoritate divina nititur.*

P. 26. v. 23. Αληθείας] Deeſt particula connexiva καὶ, quæ præponi debuerat: quam habet V. Interpres in codice Cantabrigienſi, licet à D. Uſſerio prætermiſſam. Cum prioribus ergo conjungi & poteſt & debet, *Filii igitur lucis & veritatis*: nec opus eſt, ut cum τῇ μεεισμῷ conſtruatur, perturbato verborum ordine; præſertim quum τὸ μεμισμὸν ſine aliquo adjuncto ſtatim ſequatur. Fruſtra addit Interpolator τῆς ἑνότητος. Hic enim μεεισμὸς per ſe eſt *diviſio ſive ſeparatio ab iſta eccleſia, cui præeſt Epiſcopus.*

P. 26. v. 26. Αξιόπιστοι] *Qui videntur digni fide, & non ſunt.* quod expreſſius dixit S. Ignatius in epiſt. ad S. Polycarpum: οἱ δοκοῦντες ἀξιόπιστοι εἶναι ἡδονῇ κακῇ. *blanditiis carnis impurarumque cupiditatum permiſſu & indulgentia*: quod Gnoſticis aliiſque hæreticis exprobrarunt Apoſtoli, & antiquiſſimi eccleſiæ Chriſtianæ Scriptores.

P. 26. v. 27. Θεοδρόμοις] Chriſtianos, *qui medio verſus Deum curſu* voluptatum præſtigiis irretiti impeditique haccleſcunt, & præda fiunt hoſti animarum. Alio ſenſu uſus eſt hoc vocabulo S. Ignatius in epiſtola ad Polyc. pro legato aut nuncio ad Eccleſiam Antiochenam mittendo. §. VII. quem in epiſt. ad Smyrnenſes §. XI. θεοπρεσβύτην appellat. Ita enim illic legendum eſt, ut ſupra adnotavi, pro θεοπρεπεστάτην.

P. 26. v. ult. Αποδιϋλισμένον] Αποδιϋλισμὸν. V. I. *abſtractionem. Tantum abeſt, ut vos ſchiſmatis poſtulem, ut ab iſtiuſmodi ſordibus fæcibuſque puri & purgati ſitis.*

P. 27. v. 3. Μετανοήσαντες] Pœnitentes, præſertim Schiſmatici ad communionem & unitatem eccleſiæ admiſſi & reconciliati per Epiſcopum. V. mox. §. VIII. ubi appellatur ἑνότης θεοῦ.

P. 27. v. 8. Εν ἀλλοτρίᾳ γνώμῃ] *In doctrina à veritate, & potiſſimum ab hoc dogmate, de unitate eccleſiæ ad ipſam ſtabiliendam neceſſario, aliena.*

P. 27. v. 9. Τῷ πάθει ἀ συγκατατίθεται] V. I. *iſte paſſioni non concordat.* Potius, *non credit*, h. e. *non conſentit* huic veritati, Chriſtum nimirum ſanguine ſuo fundaſſe eccleſiam, quam ſchiſmate convellit & evertere conatur. Interpolator, ἵνα μὴ ἦσι Χριστοῦ, ἵνα τοῦ πάθους αὐτοῦ κοινωνός· perperam omnino, nec ad mentem ſenſumque S. Martyris.

P. 27. v. 11. Μία σαρξ] *Una caro Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ per ſymbolum panis exhibita: unus idemque ſanguis, ut unus idemque calix.* Interpolator, ἓν αὐτοῦ τὸ αἷμα, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθέν.

P. 27. v. 20. Ανάρπαστος] V. I. *imperfectus.* Proculdubio legebat in ſuo codice ἀνάπαρτος· uti quoque habet Interpolator. Sequitur enim proxime, ἵνα πρόσοδος ὑμῶν εἰς θεὸν μὴ ἀπαρτίσῃ· quo vocabulo hac ipſa in re antea uſus fuerat in epiſtola ad Epheſios §. III. ἕπω ἀπήρτισμαι· nempe *ſe adhuc imperfectum*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [180] - 82
PUBLIC DOMAIN

fectum credidit, *licet vinculis abductum, nec nisi morte perficiendum & consummandum.*

P. 27. v. 22. Ελιήθην] V. I. futuro tempore reddit, *propitiationem habuero.* ut *illo peculiari statu, qualiscunque sit, qui misericordia mihi obtigit, tandem consummer.* Interpolator, ἐκλήθην, *vocatus sum.*

Ibid. Πεφυγὼν τῷ εὐαγγελίῳ] *Evangelio, quod consulendum est, utpote quod Christi in cœlis absentiam supplet.* Forte πεφύγωμεν, *confugiamus* : ut melius conveniret cum sequentibus : καὶ τοὺς προφήτας δὲ ἀγαπῶμεν. Interpolator vero, ut S. Ignatium, præ festinatione regulis Grammaticæ & Rhetoricæ Schematismis haud sollicite, multo minus accurate attendentem, excusaret, sequentia verba ad eandem singularem personam restringit : καὶ τοὺς προφήτας δὲ ἀγαπᾷ.

P. 27. v. 23. Ως σαρκὶ Ιησοῦ] *ac si Christus jam in terris esset in sua præsentia corporali, & à suis cultoribus coram adeundus.*

Ibid. Τοῖς Αποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ τῆ ἐκκλησίας.] *Scriptis Apostolorum, qui synedrium ecclesiæ Christianæ constituebant*, quibus fides adhibenda est, ac si ipsi jam Hierosolymis consilio simul adsedissent.

P. 27. v. 25. Εἰς τὸ εὐαγγέλιον] V. I. in *Evangelium.* Licet τὸ εἰς redundare videatur, expungi vix concesserim. *De rebus in Evangelio clarius manifestatis Prophetas multa annunciasse* : ut post in hac epistola, eadem præpositione retenta. Οἱ γὰρ ἀγαπητοὶ προφῆται κατήγγειλαν εἰς αὐτόν. §. IX.

P. 27. v. 26. Εἰς αὐτὸν] i. e. Christum : quod videtur reponendum juxta V. I.

P. 27. v. 28. Εν ἑνότητι Ιησοῦ Χριστοῦ] *uniti per fidem in Christum venturum.*

P. 27. v. 30. Συνηριθμημένοι.] *Prophetæ cum Apostolis in Evangelio connumerati* : utpote de quibus utrisque insigne testimonium illic reliquit Christus.

P. 27. v. 31.] Εν τῷ εὐαγγελίῳ τὸ κοινῆς ἐλπίδος] *In evangelio, quod communia spei omnium fidelium objecta clare revelavit* : vel *in evangelio Christi, qui est omnium Christianorum spes* ; ut appellatur in fine hujus epistolæ, & epistolæ ad Ephesios.

P. 27. v. penult. Εὰν δέ τις Ιουδαϊσμὸν] Perinde erit, sive de Ebionitis & Cerinthianis sive de Gnosticis hæc periocha intelligatur, qui quum essent ἀκρόβυστοι, aliis, ut circumciderentur, subdolis Scripturarum de necessaria istius Judaïci ritus observatione interpretamentis, Judæis præsertim, quorum gratiam hac ex parte captatum ibant, persuasere.

P. 28. v. 3. Εὰν δὲ ἀμφότεροι] *Tam hi quam illi, qui post impleta vaticinia & prædicationem Evangelii Christum non confitentur, neque familiaribus sermonibus prædicant & agnoscunt, plane mihi videntur in cippos conversi, figura tenus homines, vita & religionis sensu vacui.*

P. 28. v. 8. Μήποτε ἀλισθέντες τῇ γνώμῃ αὐτοῦ] *Ne diaboli ipsius*, vel potius, *cujuspiam hæretici, consilio, sententia, & blanditiis à placido mentis statu in angores dejecti.* Verba vero hæc τῇ γνώμῃ αὐτοῦ omittuntur ab Interpolatore.

P. 28. v. 12. Οὐκ ἔχει τὶς καυχήσασθαι] *Nemo inter vos sive clam apud se sive publice coram aliis rumores jactabundos spargere potest, quod, dum apud vos præsens essem, rem vestram familiarem aliquo modo imminutum iverim. Hoc enim studiose & sedulo cavebam, ut hac ex parte omnem gloriandi materiam illis præscinderem.*

P. 28. v. 15. Εὔχομαι, ἵνα μὴ] *Hoc vero à Deo precor, ut illud, quodcunque ſit, quod dixi, non cedat in teſtimonium contra ipſos.*

P. 28. v. 18. Τὸ πνεῦμα ἃ πλανᾶται, ἀπὸ θεοῦ ὄν.] *Revelatio doctrinæ Evangelicæ, quia à Deo procedit*: vel potius, *ſacer iſte impulſus, quo a Deo, mihi hoc dictante, animatus ſum, eſt infallibilis.*

P. 28. v. 22. Μεγάλῃ φωνῇ] Adde ex veteri Interprete θεοῦ φωνῇ. Quod quoque legiſſe videtur Interpolator.

P. 28. v. 25. Μάρτυς δέ μοι] *Chriſtum teſtor me ſalubria hæc monita de obedientia Epiſcopo præſtanda & de unitate ſervanda, non ab aliquo homine, ſed à ſpiritu ſancto in Scripturis loquente edoctum fuiſſe.*

P. 29. v. 1.] Ἐγὼ μὲν οὖν τὸ ἴδιον ἐποίουν] *Hoc, quod mei eſt officii, & quod ad munus Epiſcopale ſpectat, ſponte mea, abſque impulſu aliorum, utpote Dei gratia indolem meam adjuvante, ad unitatem proclivis, faciebam.*

P. 29. v. 7. Διεμὸν] Interpolator addit, ἀδικίας· ſed abſque aliqua neceſſitate.

P. 29. v. 10. Ἐν τοῖς ἀρχαίοις] V. I. *in veteribus*: ac ſi hic alluſum eſſet *ad libros veteris Inſtrumenti*, aut *ad libros veterum Judæorum*; quaſique etiam ii, contra quos diſputat S. Ignatius, nulli teſtimonio ex Evangeliis deprompto fidem adhiberent, *niſi ex iſtis antiquioribus codicibus adſtrueretur.* Sed mihi omnino videtur reponendum ἐν τοῖς ἀρχείοις, ut habet Interpolator (licet Interpres iſte juxta alteram lectionem reddit *in antiquis*) h. e. *in archivis*: quod vocabulum mox bis reſumit S. Martyr, ut de hac lectione tanquam vera vix dubitari poſſit. Circa hæc tempora de authenticis codicibus Evangeliorum veriſimillimum videtur fuiſſe non modicas diſputationes, diſtractis ſollicitiſque hac de re Chriſtianorum animis; unde dogmata illa de œconomia Chriſti in terris probari poſſent, quæ fraude hæreticorum, alia Evangelia ſub nominibus Apoſtolorum ſupponentium, aut vera diverſimode corrumpentium, in diſceptationem veniebant. Ad hoſce codices originales merito erat provocandum, ſi quidem alicubi in archivis pro certo ac compertiſſimo repoſiti exſtitiſſent. Hæc nimirum ſententia, quam hic protulit S. Ignatius, hæreticorum erat, qui auctoritatem IV. Evangeliorum, quæ orthodoxi Chriſtiani frequenti diligentique manu verſabant, ſubvertere *maximopere* cuperent & anniterentur, quaſi codices iſti, quos tractabant, eſſent novitii & recentes, & nuperrime, ſi non adinventi, ſaltem deſcripti fuiſſent. Horum autem importunis clamoribus, qui hoc ex archivis ſibi oſtenſum vellent, quum obviam iverit interceſſeritque S. Ignatius, nimirum *non opus eſſe ejuſmodi archiva & autographa conſulere, quum eorundem apographa jam à longo tempore exſtent, ubivis inconcuſſa fide ab omnibus hactenus recepta, inque iis deſcribatur quicquid ad hiſtoriam vitæ & mortis Jeſu Chriſti, quod nobis cognitu neceſſarium eſt, pertinet*, regeſſerunt maleferiati homines, huic juſtæ reſponſioni parum adquieſcentes, ὅτι [a] γέγραπται (ſi hæc lectio vera aut ſententia perfecta ſit ſine cujuſpiam particulæ immutatione: nec quicquam hac ex parte adjuvat Interpolator, qui pro more ſuo

[a] Voſſius contendit particulam negativam addi debere, ὅτι οὐ γέγραπται, pro γέγραπται· ſed parum probabiliter. In margine ſui codicis habet D. Pearſonus, ἐστ. ὅτι pro ὅ τι.

penitus

penitus omisit) *exemplar istud originale propositum esse, & in publicis tabulariis custoditum, & consulentibus exponendum,* ut lites enatæ tollerentur; hujus solius auctoritati standum esse: vel προέκειται· *hoc à nobis proponitur & in medium objicitur, tanquam cardo controversiæ, quæ jam alterutrinque disceptanda & discutienda venit.* Immodestum hoc postulatum de istius archivis conquirendis & consulendis rejicit sapientissimus & fortissimus Martyr, ἐμοὶ δὲ ἀρχεῖόν ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, *ipse Jesus Christus supplet vicem omnium archivorum: nec opus est aliis archivis, quam publica Christianorum fide in Christum, in ipsius passionem, quam pro salute humani generis in cruce subiit, & mortem, & ab inferis resurrectionem. Hæc sunt nostra Archiva* ἄθικτα, (sic enim legi oportet) *illibata, ab impuris hæreticorum glossis intacta, quæ nulla audax manus polluere & temerare potest. Hæc nobis abunde suppetunt, nec aliis, præterquam apographis, & publica Christianorum fide, quibus in Christiana doctrina instruimur, ad justificationem & salutem nostram necessaria, indigemus.*

P. 29. v. 15. Τὰ ἄθικτα ἀρχεῖα] Miram incogitantiam hic prodit V. I. *Mihi autem principium est Jesus Christus, inapproximabilia principia* -- neutrius vocis veram significationem assecutus. Itidem quoque male alter Interpres, *mihi antiquitas Jesus Christus est: & principatus ejus est crux & mors ipsius &c.*

P. 29. v. 19. Ἱερεῖς] *Sacerdotes sub Mosaïca dispensatione constituti.*

P. 29. v. 20. Ὁ ἀρχιερεὺς] Ut summus sacerdos Judæorum solus ingressus est sancta Sanctorum: ita Christus ἀρχιερεὺς διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια. Ebr. X. 11. 12. Ἀρχιερεὺς μέγας. Ebr. IV. 14. sive ὁ μέγας ἱερεὺς ὃστις ἐστὶν οἶκον τοῦ Θεοῦ. X. 21. *Ipse sempiternus Pontifex, Dei filius, Jesus Christus*: S. Polycarpus in epist. ad Philipp. Ille enim est *sacerdos summus*, de quo loquitur S. Ignatius: *Ille solus novit arcana Dei, & revelavit voluntatem ejus hominibus.*

P. 29. v. 25. Εἰς ἑνότητα θεοῦ] Ut paullo supra. Τὸ θεοῦ quoque habet Interpolator. Legebat vero V. I. πίστεως.

Ibid. Ἐξαίρετον δέ τι] *Hoc nempe proprium & peculiare habet Evangelium, quod Salvatoris Domini nostri Jesu Christi adventum, & in terris præsentiam, & mortem, & resurrectionem enunciat.*

P. 29. v. antepen. Ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας] An *morum*, an *immortalitatis* per resurrectionem, quando corruptibile fiet incorruptibile? Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· 1 Cor. XV. 53. Evangelium enim exquisitiores vitæ instituendæ regulas proponit, & ubique resurrectionis & vitæ immortalis in altero mundo fidem ingerit, & quasi sæpius inculcando perficit. Forte etiam ἀπάρτισμα ἀφθαρσίας idem est ac ἀπάρτισμα ἄφθαρτον, *perfectio incorrupta*, i. e. integra puraque completio eorum quæ prædixerunt Prophetæ, de quibus immediate ante locutus est S. Ignatius.

P. 30. v. 5. Χειροτονῆσαι διάκονον] *Constituere quempiam è diaconis, ut hac legatione fungatur*: juxta laxiorem istius vocis apud Scriptores Græcos sensum & significationem.

P. 30.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [183] - 85
PUBLIC DOMAIN

P. 30. v. 8. Αὐτοῖς εἰς τὸ αὐτὸ γενομένοις] V. I. *ipsis in id ipsum factis.* Sed forte legendum γενόμενον, *ob hoc ipsum illis factum*: h. e. ob tranquillitatem redditam.

P. 30. v. 12. Οὐκ ἔστιν ἀδύνατον] *Hoc à vobis, si promptum animum geratis, licet non absque aliqua difficultate, fieri potest.* Pessime Interpolator: ἀ πᾶσιν ἀδυνατον. Frustra emendavit D. Junius, παντάπασιν· nec sensum expiscari potuerunt aut ille aut D. Usserius, qui ex vera lectione codicis Medicéi quam confirmat V. I. facile fluit.

P. 30. v. 15. Περὶ Φίλωνος] *Quod ad Philonem & Reum Agathopodem spectat, illi de vestra liberalitate & benevolentia, qua illos, dum apud vos essent, excepistis, multa testantur.* Stylus S. Martyris hic mire confusus videtur. Neque enim vinctus & militibus circumseptus elegantiæ & accurationi sententiarum vacare potuit.

P. 30. v. 23. Λυτρωθείησαν] *Ipsis condonet gratia Christi.*

SCHOLIA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [184] - 86
PUBLIC DOMAIN

SCHOLIA & ANNOTATIONES
THOMÆ SMITHI
IN EPISTOLAM S. IGNATII AD *TRALLIANOS.*

P. 31. v. 9. ΕΝ πληρώματι] An πλήρωμα hic denotet universam Christianorum istius ecclesiæ multitudinem?

Ibid. Εν Αποστολικῷ χαρακτῆρι] *Juxta formam Apostolicæ salutationis.*

P. 31. v. 14. Οὐ κατὰ χρῆσιν ἀλλὰ κατὰ φύσιν] *Inculpata hæc mens non acquiritur usu & exercitio, sed divina gratia & habitu innato, quam illi indidit & insevit doctrina & institutio Christiana*: ut antea in epist. ad Ephesios in initio, φύσει δικαίᾳ. S. Barnabas in initio epistolæ, *quod sic naturalem gratiam accepistis.* & pag. 229. Οἶδεν ὁ τῶν ἔμφυτον δωρεὰν τῆς διδαχῆς αὐτοῦ θέμενος ἐν ἡμῖν. V. I. *Scitote, quia* (lege *scit ille, qui*) *naturale donum doctrinæ suæ posuit in nobis.*

P. 32. v. 4. Μυστήριον] Lege μυστηίων cum Interpolatore & veteri Interprete, qui sensus explendi caussa addit, *ministros*: *ministros existentes mysteriorum Jesu Christi.*

P. 32. v. 9. Τὸν διάκονον ὡς Ιησοῦ Χριστὸν] Rectius in codice suo legebat V. I. ὡς ἐντολὴν Ιησοῦ Χριστοῦ, *ut mandatum Jesu Christi*: uti in epistola ad Smyrnæos §. VIII. τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε ὡς θεοῦ ἐντολήν. Primam tamen lectionem retinet Antiochus Monachus, qui sequentia multo verius & accuratius habet: Ομοίως πάντες ἐντρεπέσθωμεν τοὺς διακόνους, ὡς Ιησοῦν Χριστὸν, καὶ ὡς ἐπίσκοπον, ὡς τὸν πατέρα. Inde textus Græcus, qui verborum trajectionem & additionem admisit, reformandus videtur.

P. 32. v. 17. Τὸ κατάστημα] *Animi constitutio ex bona indole orta, quæ ex habitu & temperamento corporis dignoscitur. Statusque corporis naturalis, doteque animi quasi inde enatæ est potens virtutis documentum. Docet, dum silet: moresque, modestia & mansuetudine conditi, magnam vim in aliorum mentibus, vel ipsis invitis, exerunt, coguntque vel impios hæreticos illum diligere & venerari.*

P. 32. v. 20. Αγαπῶντας] In margine sui codicis, quo jam utor, annotavit D. Pearsonus: *Hæc corrupta videri ante ætatem Interpolatoris: quod maximæ*

maximæ antiquitatis indicium: certe ante Interpretem hunc Latinum magis inquinata esse. Hunc locum fœdissime corruptum luxatumque & quem frustra tentarunt magni viri, Claudius Salmasius, Isaacus Vossius, & Patricius Junius, felicissime sanavit redintegravitque sagax D. Pearsoni ingenium.

P. 32. v. 22. Ὡς Ἀπόστολος] Hic quidam inserendam volunt particulam negativam, οὐκ, ut hæc sententia cum notissima B. Martyris humilitate, qua omnem sui arrogantem opinionem amolitur, conveniat: & sic legebat Interpolator, licet cetera parum intellecta mutilaverit. Mihi potius particula ista priori sententiæ parti præfigenda videtur, εἰς τοῦτο οὐκ οἶδα, hoc nimirum sensu: *Quum Episcopus vester ob externum corporis habitum & placidissimos mores, ceteraque bonæ mentis dotes, sit apud hæreticos, Christianæ veritatis hostes, & Gentiles, à veri Dei cultu alienos, plane venerabilis, non mihi temperandum est, quum id possim, quin in tanti viri laudes vehementiori impetu me effundam:* εἰς τοῦτο δὲ οὐκ οἶδα, *in hoc vero non id mihi assumo, ut ipse jam ex sententia Imperatoris ad mortem damnatus, quasi Apostolus, vobis præcipiam.* Sed huic conjecturæ tanquam penitus incertæ vix fidendum habeo. Judicent eruditiores, sed candide, & absque supercilio Critico.

P. 32. v. 27. Οἱ γὰρ λέγοντές μοι] Hic præ modestia vir sanctissimus verba hujusmodi, μάρτυς ἔσῃ, quæ coram apud ipsum Tralliani aliique de futuri, quod instabat, martyrii gloria differentes protulere, reticet, ne jactare & plus æquo efferri videatur. Interpolator μὲ ἐπαινοῦντες· explicatione superflua.

P. 32. v. 29. Ὁ ζῆλος] Sentio cum D. Vossio, Interpolatorem addendo τὸ ἐχθρὸν S. Ignatio contrarium sensum effinxisse: quasi hæc de diaboli malitiosa cupiditate, qua ad illum perdendum incitaretur, dixisset. Hoc enim cuivis maxime apparuit, neque quenquam latere poterat. Potius de suiipsius pro Christo moriendi desiderio, quo ille sibi maxime conscius æstuabat, intelligendum videtur. *Licet id multi, de illo non recte judicantes, ignoraverint; inde vero se animo magis oppressum esse, & acrius quidem conflictari, ne iste ardor mentis in jactantiam desciscens sibi cedat in præjudicium, aut impediat, ne gloriosum illum exitum, quem tantopere ambiisset, assequatur.*

P. 33. v. 3. Καὶ συγγνωμονεῖτέ μοι] Hæc sunt in parenthesi includenda.

P. 33. v. 5. Καὶ γὰρ ἐγὼ ὁ κατὰ πάντα δέδεμαι] *Non facultatem hanc supercœlestia intelligendi mihimet arrogo, eo quod vinctus sim.*

P. 33. v. 6. Δυνάμωμαι] Adde νοεῖν· quod habet Interpolator & V. I. quod in codice Medicéo oscitantia Librarii excidebat.

P. 33. v. 7. Τὰς τοποθεσίας τὰς ἀγγελικὰς] *Diversos ordines* (τάξεις, ut habet Interpolator) *& gradus Angelorum*, quos Deus Ἀρχοντας constituit: Dan. cap. X. Chrysostomus in encomio S. Ignatii illum dicit familiari cum Angelis conversatione participem fuisse ξητῶν καὶ ἀποῤῥήτων. Inter ἀπόῤῥητα vero recenseri merito videtur divina illa & supercœlestis scientia de ordinibus Angelorum.

P. 33.

P. 33. v. 9. Παρὰ τοῦτο] *Licet hæc sciam,* (vel, *his exceptis prætermissisque*) *in numero discipulorum adhuc sum recensendus. Multa enim nobis deesse fateri plane necesse est & omnino oportet, ne aliter inani hujuscemodi scientiæ jactatione à Deo deficiamus.*

P. 33. v. 15. Οἱ καιρὶ παφιμπλέκησι] Locus plane corruptus, in quo restituendo multi sudarunt. Isaacus Vossius legendum statuit, οἱ καὶ ἰοῖς παφεμπλέκεσιν· quod facile & ἀναπεξήτως admitti possit, si veterem versionem ad hunc modum emendare liceat: *qui & inquinamentis implicant*: cujus ingeniosæ conjecturæ favet Interpolator, ᾗ τὸν ἰὸν συμπλέκοντες. Hanc tamen improbat M. Meibomius in præfatione ad dialogum *de Proportionibus*, legendo, syllabis tantum collectis, οἱ ᾗ ξυπαφεῖς ἐμπλέκεσιν· quam emendationem quoque profert Cotelerius. Sane τὸ ξυπαφὸς à V. I. redditur *inquinatus*, in epistola ad Ephesios, ubi de hæreticis loquitur: ὁ τοιοῦτος ξυπαφὴς γινόμενος, *talis inquinatus factus.* Quid si legamus, οἱ ᾗ ξυπαφοὶ vel οἱ μιαφοί; Sed hoc est hariolari, & Andabatarum more in tenebris digladiari. Vossianam vero correctionem verisimiliorem esse verba sequentia demonstrant, hoc sensu: *quod hæretici, sub speciosis novæ illuminationis mysticæque & sanctioris veritatis nominibus & titulis, doctrinæ Christianæ sua, sive venenata & exitiosa sive turpia & impura, dogmata dolose innectunt; ut venefici medicamentis dulce & vino ac melle conditum virus solent immiscere, ab incautis, quos certius volunt occidere, avidius & non sine delectatione imbibendum.*

P. 33. v. 19. Κἀκεῖ.] *Hoc ipso haustu certam ineluctabilemque mortem.* V. I. legebat ἐν ἡδονῇ κακῇ· sed vitiose.

P. 33. v. 24. Καὶ τῶν Δόγματων] Interpolator videtur legisse κατὰ τὰ δόγματα, hoc modo παφαφράζων — καθ' ὃ ὑμῖν οἱ μακάφιοι διετάξαντο Ἀπόστολοι.

P. 33. v. 27. Πφεσβυτείου ᾗ Διακόνου] V. I. legit πφεσβυτέφου ᾗ Διακόνου numero singulari. At proculdubio legendum πφεσβυτεφίου aut πφεσβυτέφων ᾗ Διακόνων, ut habet Interpolator. *Qui communicat cum Episcopo ceterisque illi in administranda sacra functione & præsertim in celebranda eucharistia subordinatis, mente & judicio purus est: sin aliter, conscientiam integram non habet.*

P. 34. v. 6. Τὸ ἐν Θεῷ πλῆθος] *Populus Christianus in cœtibus sacris congregatus.* Hoc misere pervertit Interpolator, & de doctrina Christianorum interpretatur.

P. 34. v. 15. Ὑποχθονίων] Male intelligit Interpolator de iis, qui cum Christo resurrexere.

P. 34. v. 25. Ἆρα δὲ καταψεύδομαι] Interpolator ἄρα καταψεύδομαι absque particula negativa: Vossius levi mutatione emendat, ἄρα ἐν καταψεύδομαι. Sed lectio codicis Medicéi, quam V. I. sequitur, retinenda videtur: & merito quidem, si verba interrogative accipiantur: *Nonne, si Christus, ut ipsi blasphemant, putative solum passus sit, ipse moriendo Dominum Christum splendido hoc mendacio traducam?* Superflue autem addit Interpolator, τοῦ σταυροῦ τοῦ κυρίου.

P. 34. v. ult. Κλάδοι τοῦ σταυροῦ] Male Interpolator, τοῦ πατρός. Metaphora hac de arbore crucis plusquam semel usus est S. Ignatius. *Nolunt hi hæretici Evangelicam doctrinam de passione Christi amplecti & profiteri: ex hac au-*

tem profeſſione & fide enaſcitur incorruptio integritaſque morum, utpote ejuſmodi ramorum genuinus germanuſque fructus. Vi hujus fidei in paſſione Chriſti per prædicationem Evangelii facti ſumus membra corporis ejus, quum ille ſit caput eccleſiæ: Deo hanc unionem Spiritualem promittente & operante.

P. 35. v. 5. Ος ἐστιν αὐτός.] Fortaſſe hoc vult B. Martyr, *qui Deus eſt ipſe Chriſtus.* V. I. legebat ὁ. *quod eſt ipſe.*

P. 35. v. 8. Αμα συμπαρόντας μοι ἐκκλησίαις.] Lege cum V. I. & Interpolatore μοί. *Epiſcopis Presbyteriſque, eccleſiarum legatis, qui huc me videndi cauſa venerunt, jamque præſto mihi adſunt.*

P. 35. v. 9. Οἱ κατ' πάντα] V. I. *Qui ſecundum omnia.* Non opus eſt, ut reponamus αἱ. Interpolator majoris explicationis cauſſa, ut conſtructio inde ſalva fieret, & quidem non inficete: ὧν οἱ ἡγούμενοι.

P. 35. v. 14. Εξαιρέτως καὶ] Hæc vox male hic tranſpoſita debet ſequi particulam conjunctivam ἡ, vel interpunctio poſt καθ' ἕνα apponenda eſt. Item poſt πατρὸς comma appingi oportet, *in honorem Patris, Jeſu Chriſti, & Apoſtolorum, quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi.*

P. 35. v. 21. Οὗ πεῖκειμαι] V. I. *qua conor.* fortean mendoſe pro *coronor*, i. e. *circundor, cingor. quæ me, morte appropinquante, circumſtat.* Alter Interpres, *cui ſubjaceo.* Vedelius legit περίκειμαι, *propinquus, vicinus ſum,* & interpretatur, *quam propediem conſequar.* Non vero mihi diſplicet prior lectio, quam codex Medicéus & vulgati præ ſe ferunt.

P. 35. v. 26. Λέγωσι] Subintellige ποιμὴν ſive *Epiſcopus*: quod ob modeſtiam & humilitatem reticet Vir Sanctiſſimus, ut antea obſervatum fuit. V. epiſt. ad Smyrnæos §. VIII. & ad Epheſ. §. XXI.

P. 35. v. antepen. Αγνίζετε ὑμῶν] Rectiſſime correxiſſe videtur Cotelerius ἁγνίζωσι· quod etiam in oram codicis mei conjeceram. Tunc autem videtur inſerendum ὑπὲρ vel ἀνθ' ὑμῶν. Interpolator habet ἁπαύζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα. Quæ forma loquendi occurrit in fine epiſtolæ ad Romanos.

SCHO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [188] - 90
PUBLIC DOMAIN

SCHOLIA & ANNOTATIONES
THOMÆ SMITHI
IN EPISTOLAM S. IGNATII AD *ROMANOS.*

P. 36. v. 5. Ἐλεημένη] In exemplari Symeonis Metaphraſtæ ex codice Medicéo in bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi deſumpto, & ad me per V. Cl. & doctiſſimum D. Papebrochium, S. J. Theologum, tranſmiſſo, legitur ἠλειμμένη, *unctæ*: omnino male; (quum codex in archivis Baroccianis in bibliotheca Oxonienſi, quem contuli, habet ἐλεημένη) ni potius dicendus ſit error feſtini exſcriptoris. Codex Nydpruccianus habet εὐλογημένη, contra fidem & ſcripturam aliorum codicum. Sed laboris pene infiniti, vix tamen cujuſpiam, ſaltem non magni, uſus & momenti erit obſervare & in cenſum referre omnes variantes lectiones aut codicum vulgatorum Græce, aut Interpretum Latinorum. Sufficit veteris Interpretis, quam denuo à nobis collatam edimus, verſioni κατὰ πόδα inhærere, præcipuaſque aliorum variationes obiter repræſentare: in quibus colligendis patientia & induſtria D. Uſſerii maxime exercetur.

P. 36. v. 6. Πατρὸς ὑψίστου] Ita quoque Logothetes. In interpolatis exemplaribus & editionibus, ὑψίστου θεοῦ πατρός.

Ibid. Ἰησοῦ] Symeon præfigit κυρίου.

P. 36. v. 7. Μόνου] *Uti quoque apud Symeonem.* In vulgatis editionibus μονογενοῦς, *unigeniti.* Sed τὸ μόνου juxta veterem noſtrum Interpretem retineri poteſt, *ſolius*: & fortaſſe rectius videtur.

P. 36. v. 8. Ἡγαπημένῃ] Ceteri Græci codices habent ἠγιασμένῃ. Cum codice Colbertino conſentiunt Symeon & V. I. *dilectæ.*

P. 36. v. 9. Θελήσαντι] In vulgatis ποιήσαντι. Sed lectio prior integra eſt, nec immutanda: quippe ad mentem S. Ignatii; ut in epiſtola ad Magneſios. §. III. εἰς τιμὴν ἧν ἐκεῖνος τῷ θελήσαντι ἡμᾶς. V. I. *in honorem igitur volentis nos.* Mutavit autem Interpolator ad vitandam, ut putabat, ταυτολογίαν· quia τὸ θελήματι præceſſit. Hæc legebat Symeon recte, uti & verba immediate ſequentia: τὸ enim πίστιν ᾗ in vulgatis, uti & τὸ ᾗ σωτῆρι, additamentum plane ſuperfluum eſt.

P. 36. v. 11. Ηπς κὰ] Particulam ϗ, quæ emphatice inſeritur, codices vulgati male omiſere.

Ibid. Ἐν τόπῳ χωείυ] Vir eruditiſſimus Herbertus Thorndikius in diſputatione de ratione ac jure finiendi controverſias in Eccleſia: Londini 1670. pag. 386. nihil aliud per τόπον χωείυ Ρωμαίων intelligit, *quam Vaticanum, ubi erat ſedes eccleſiæ Romanæ propter Petri tumulum, qui Judæos Vaticanum habitantes ad fidem adduxerat.* Ingenioſe quidem, magis quam ſolide. Quis enim conceſſerit Chriſtianos iſthoc tempore in colle Vaticano, loco maxime conſpicuo, eccleſiam, quaſi primam omnium eccleſiarum Romæ, ob ſacros conventus exſtruxiſſe, aut Judæos ad fidem Chriſti ex prædicatione S. Petri converſos ibi ſolum habitaſſe? & non potius in regione Tranſtiberitana, in quam illos olim concluſerat Imperator Auguſtus, ut ex Philonis ad Cajum legatione patet, ac etiam in ſuburbiis? Inde quoque Chriſtianos non uno tantum loco, ſed alibi & paſſim per Urbem, ubi occaſio tuliſſet, ad Deum & Chriſtum colendum clam conveniſſe à vero non abſimile eſt. Non ergo videtur S. Martyr hac phraſi peculiarem aliquem Romæ locum, in quo Chriſtiani conveniebant, reſpexiſſe, ſed Urbem ipſam in genere cum pomœriis, ſive eccleſiam, ex Chriſtianis in iſta principe civitate conflatam, *cui ex dignitate loci*, eo quod eſſet ſedes imperii, hæc præeminentia obtingebat. Uſſerius in veteri Latina *verſione legendum putat chorii*, *Græca voce χωείυ retenta*, quaſi V. iſte L. idem innuiſſet cum altero Interprete, qui explicatius reddidit, *in loco regionis Romanorum*, tanquam ejuſdem cum χώρᾳ ſignificatus. Iſaacus vero Voſſius audacter pro more ſuo in Græco textu legendum contendit χοεῳδ· quia S. Ignatius *choris comparat cœtus Chriſtianorum*: addita hac ratione; *uti ſingulis choris ſuus eſt magiſter, cujus ad modum & menſuram omnes attendunt: ita quoque ſingulis chori Romani membris præſidem ponit eccleſiam, cui concorditer omnes parere debeant.* Sed tanti nominis auctoritas, alias magni facienda, parum ad inficetam iſtam conjecturam fulciendam valet. Marcus Meibomius in præfatione ad dialogum de proportionibus, Hafniæ 1655. gloriatur, ſe hujus loci, variis celeberrimorum Virorum explicationibus infeliciter tentati, veram lectionem quam minima Scripturæ immutatione proferre poſſe, nimirum pro χωείυ ſubſtituendo τὸ κυείυ· additque explicationis gratia, *Romanum epiſcopum* ἐν τόπῳ Κυείυ Ρωμαίων φεγκεῖσθαι, *Dei loco Romanis præſidere.* Quis vero criticam hanc audaciam patienti animo ferat? Eccleſiæ Romanæ, ſive univerſo Chriſtianorum illic degentium cœtui, inſcribitur epiſtola, non iſtius ſedis epiſcopo; nec ſi verba hæc ejuſmodi interpretamentum admiſerint, cuidam ſani ſincipitis credibile videbitur, hoc elogium ſoli Romano Pontifici, nempe illum ἐν τόπῳ Κυείυ ſive *vice Chriſti* ſuis peculiarem in modum præeſſe, S. Ignatium voluiſſe aſſignari: ceteris ejuſdem meriti, ejuſdem dignitatis, ejuſdem ſacerdotii excluſis. Sed futilem iſtam hariolationem non eſt ut operoſe nimis damnem. Barbaram licet hanc locutionem appellaverit vir ſummus Iſaacus Caſaubonus, Exercitat. XVI. ad Annales Baronii n. 150. mihi illius explicatio, à D. Pearſono adhibita, plana, facilis, & ad mentem S. Ignatii maxime accommodata videtur:

detur: nec opus est, ut illa ad regiones suburbicarias, quod suave aliquorum insomnium est, (hoc enim esset res diversorum seculorum contra fidem historiæ commiscere) referatur.

P. 36. v. 13. Ἀξιεπίτευκτον] *Quæ finem propositum, qualiscunque sit, consequatur.* Legebat V. I. ut observat D. Usserius, ἀξιεπίτακτον *digne ordinata.* Alter Interpres habet *fide digna*, ac si legisset ἀξιοπίστευτον, uti idem quoque monet; quod habet codex Nydpruccianus, vel ἀξιόπιστον.

P. 36. v. 15. Ἀξιάγνον] Aliqui codices ἀξιάγιον, facili errore.

P. 36. v. 16. Χειρόνυμον] V. I. legebat Χειρονόμον, *Christi habens legem*: quæ lectio verissima est, ut censet Vossius. Additur in vulgatis πνευματοφόρον.

Ibid. Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ —] Vulgati codices habent, ἐν ὀνόματι Θεοῦ παντοκράτορος καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

P. 36. v. 17. Κατὰ σάρκα] Forte excidebat particula πᾶς, quam tamen non agnoscit V. I. quæ in vulgatis reperitur: quod videtur elegantius. Transit jam Auctor ab ecclesia, quod idem est, ad personas, è quibus illa conflatur.

P. 36. v. 18. Πάσῃ ἐντολῇ] V. I. legebat ἐν πάσῃ, *in omni mandato ipsius*: quod fortasse suppleri debet; *in omnibus Christi præceptis tam animo quam corpore concordibus.*

P. 36. v. 19. Χάριτος] Vulgati codices πάσης χάριτος citra necessitatem.

P. 36. v. 20. Ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος] *Illibatis & sanis, & ab omni admixtione hæretici dogmatis purgatis*: allusione ad lepram facta, quæ colorem morbidum debitæque crasi contrarium corpori inducit.

P. 36. v. 22. Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν] Vulgati codices perperam habent: ἐν Θεῷ καὶ πατρὶ καὶ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ· vide infra quæ habet Symeon. Lectio vetus & vera proculdubio ab Interpolatore & Symeone erat immutata. Inscriptio sive titulus, qui huic epistolæ apud Symeonem Metaphrastam præfigitur, cumulatis istis epithetis omnino vacuus, ita se habet in codice Barocciano CXCII. p. 65. b. quem, licet apud Halloixium & Usserium exstet, cum gratia candidi Lectoris hic quoque apponam. Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος [ὁσιώτατος δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀρχῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας] τῇ ἐλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι παντὸς ὑψίστου, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου υἱοῦ αὐτοῦ, ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ, ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἃ ὄντι κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων, ἧς καὶ ἀπαρχόμαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένῃ πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένῃ χάριτος Θεοῦ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ χαίρειν. In exemplari ad me ex Belgio transmisso legitur quoque τῷ Θεῷ ἡμῶν χαίρειν. Quæ notulis supra inclusi, pessime inferciuntur contra modestiam sanctissimi Martyris, contraque morem ipsius in ceteris epistolis adhiberi solitum. Sed quod ad epitheta in inscriptione, à Symeone omissa, utut magnifice cumulata, spectat, ea tam quoad compositionem, quam quoad sensum defendi, & à vitio νοθείας liberari posse recte asserit D. Vossius, qui veteris Interpretis auctoritatem Metaphrastæ longe præfert, fusissime vero ostendit D. Pearsonus in Vindiciis Ignatianis, Part. II. cap. 14. & 16.

P. 36. v. 24. Ἐπεὶ εὐξάμενον] Proculdubio male: licet idem quoque habeant codices vulgati & Symeon. Omnino enim legi oportet cum utroque Interprete

terprete ἐπευξάμενος, *deprecans*. Hac voce compoſita antea utitur S. Ignatius. Librarius vero, qui perperam dividebat, ad connectendum ſenſum, & ne oratio contra regulas Grammaticæ ſuſpenſa videretur, particulam δὲ poſt δεηθείς ſuſtulit, quam retinet uterque Interpres. Nolui tamen vocem iſtam emendatiorem in textu Græco reponere: quum in hac editione codicem Colbertinum κατὰ λέξιν ſequi propoſuerim. Quod hic ſemel monuiſſe ſufficiat.

P. 36. v. 25. Ἰδεῖν] Tempore ſecundo futuro, ut D. Voſſius recte monet. *Precibus à Deo obtinui, ut vobis tandem aliquando præſens adſim, voſque meis oculis ſim quoque viſurus.*

Ibid. Τὰ ἀξιόθεα προσωπα] Ad mentem veteris Interpretis, *dignas viſione facies*, Symeon ad tollendam omnem ambiguitatem habet τὰ ἀξιοθέατα προσωπα, non ἀξιόθεα τὰ, repetito articulo, ut D. Uſſerius putavit. Longe rectius, *dignos Deo vultus*: quo ſenſu vox iſta ſæpiſſime apud S. Ignatium occurrit.

P. 36. v. 26. Ὡς] In vulgatis codicibus ὃς. Male prorſus. Miror Symeonem hanc verborum conſequentiam omiſiſſe.

P. 36. v. 28. ἀπαύσασθαι] D. Pearſonus in ora codicis ſui emendavit, ἀπαύξεσθαι. Certiſſimum autem eſt illud legiſſe utrumque Interpretem.

Ibid. Θέλημα τοῦ θεοῦ] Τὸ τοῦ θεοῦ, quod etiam habet Metaphraſtes, perperam additur. Non agnoſcit V. I. cum quo conſentiunt editi codices. Solet S. Ignatius apponere τὸ θέλημα abſolute abſque aliquo additamento, quo neutiquam opus erat.

P. 36. v. 29. Εἰς τέλος εἶναι] Patricius Junius, V. Cl. vult legendum ἔναι, abſque aliqua neceſſitate. Verſio literalis non diſplicet, *in finem eſſe: ut dignus habear, jamjam appropinquante fine vitæ, martyrium hoc deſideratiſſimum conſequi.* Omnia enim iſto tendere voluit viditque, & ab ejuſmodi auſpicatiſſimis initiis juſtam iſtud propoſitum attingendi ſpem in animo præceperat S. Ignatius. Metaphraſtes habet εἰς τέλος ὄντως εἶναι, parum eleganter, imo prorſus inſubide.

P. 36. v. 30. Ἀρχὴ] Εὐχὴ apud Metaphraſtam. omnino male.

P. 37. v. 3. Ἐάν πως ὑμεῖς φείσησθέ μου] Senſus fluit integer: *Difficile erit mihi Deo potiri, ſi quidem vos mihi parcatis*: h. e. *ſi vos impedimento ſitis prætextu benevolentiæ, quæ plane carnem ſapit, erga me, quo minus martyrium, ad quod damnatus ſum, Romæ ſubeam*: προφάσει φιλίας σαρκίνης, ut explicationis cauſſa addit Interpolator. Eandem cautionem mox repetit S. Ignatius, verbis paullum variantibus, ſenſu tamen germaniſſimo, ἐάν πως ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Hinc ergo emendanda eſt vetus verſio, *ſi quidem vos non parcitis mihi*, delendo particulam negativam μὴ, quæ abeſt quoque apud Metaphraſtam, & in codice, quo uſus eſt alter Interpres etiam vetus, *tamen potero, ſi vos peperceritis mihi.* D. Pearſonus illam non male retineri poſſe cenſet, ſi debito ſuo loco in contextu Græco reſtituatur. Illum vide fuſe differentem de hac periocha Vindic. Ignat. part. II. pag. 135.

P. 37. v. 5. Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶν] Lectio ſane πονηρὸν κόμματος, & omnino rejicienda, utpote contra fidem omnium codicum Græce editorum, exemplaris Metaphraſtæ, & utriuſque Interpretis, qui legunt ὑμᾶς. Neque Grammaticæ ratio,

ratio, aut istius vocis compositæ constructio, aut sancti Auctoris mens ejusmodi interpretationem ferre potest: *nolo enim vobis tanquam hominibus placere.* S. enim Ignatius Romanos monet & hortatur, ut id faciant, quod, quasi seipsum corrigens, eodem quasi spiritu laudando dicit, illos jam facere.

P. 37. v. 7. Οὐ γὰρ ἐγὼ] *Non enim talem unquam aut tam commodam Deo potiundi occasionem, quam gloriosa hac morte, quam ambio, nanciscar: neque vos ipsi quicquam excellentius, ob quod celebrabimini, aut nomina vestra in monumentis duraturis inserentur, præstare poteritis, si velitis acquiescere, omni pro me intercessione posthabita.* Verba hujus sententiæ post ἔτι ὑμεῖς penitus à Symeone omittuntur.

P. 37. v. 10. Ἀπ' ἐμοῦ] h. e. ὡσεὶ ἐμοῦ. Sed altera lectio, vetusta quidem, ut ex nostro Interprete liquet, tolerari potest. Neque enim S. Ignatius elegantias phrasium captare existimandus est.

P. 37. v. 12. Τρέχων] V. I. *vox.* Forte, ut in margine annotavit D. Usserius, *velox. Si indebita misericordia erga hanc meam carnalem vitam, quam lubentissimo animo depositurus sum, tacti fueritis, iterum in hoc stadio, cujus metam prope attingo, mihi erit decurrendum: vel potius, in hoc cursu & itinere adhuc detinebor, nec Romam adibo.*

Ibid. Πλέον μοι μὴ παράσχησθε] Locus recte constitutus ex manuscripto, quem in vulgatis codicibus corruptum, πλεῖον δέ με παρέχεσθε, D. Usserius & D. Pearsonus ex veteri versione hoc modo restituerunt: πλέον δέ μοι μὴ παρέχεσθε vel παρέξεσθε. *Plus autem mihi non tribuetis*: hoc est, *non de me melius mereri, mihive majus beneficium conferre potestis.*

P. 37. v. 14. Ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς] *Ut pro fraterna in me charitate, vos omnes, tanquam in choro congregati, unanimi concentu Deum glorificetis, quod mihi in alienas terras, procul à natali solo, abducto & adhuc abducendo, hanc patientiam, constantiam, & zelum pro Christo moriendi indiderit.*

P. 37. v. 15. Τὸν ἐπίσκοπον Συρείας] V. Annales Eutychii Patriarchæ Alexandrini pag. 336. S. Martyr justam sibi occasionem enatam, absque tamen minima ostentatione, pene coactus hoc in loco sumit, dignitatem suam, & jurisdictionem, quam in ecclesiis Syriæ habuit, memorandi: uti postea versus finem epistolæ se *ecclesiæ, quæ est in Syria,* ποιμένα vocat.

P. 37. v. 16. Εὑρεθῆναι εἰς δύσιν] Codex Colbertinus hac in periocha accuratissime consentit cum veteri nostro Interprete, cujus auctoritas hinc maximi æstimanda est. Facessant ergo omnes conjecturæ, utut ingeniosæ, ut πορευθῆναι εἰς δύσιν, nota distinctiva illic posita, pro εὑρεθῶμεν, & hariolationes Interpolatoris, qui male legendo καλῶν pro καλὸν, (à qua voce nova incipit sententia, sive pium S. Martyris epiphonema) & pro libidine sua, quum mentem S. Ignatii minime intellexerit, alia verba addendo, omnia misere corrupit & pervertit. Eadem habet Symeon cum utrisque, nisi quod τοῦτον superflue inferciat ante μεταπεμψάμενος, & in fine sententiæ ἀνατείλωμεν pro ἀνατείλῃ prorsus male habeat. Rectissime ergo καλὸν τὸ δῦναι. Δύσις enim & ἀνατολὴ respectu Antiochiæ, unde devenerat, & Romæ, quo properabat, ob diversam climatum positionem hic opponuntur. Inde allusio fit ad mortem & resurre-

ſurrectionem. De occaſu ſuo in hoc mundo ſibi gratulatur S. Ignatius, utpote in altero apud Deum, inſtar ſolis aut ſtellæ, exoriturus. Hujus loci ampliorem illuſtrationem vide apud D. Pearſonum Vindic. Ignat. part. I. pag. 131.

P. 37. v. 20. Οὗδένα] Codices vulgati & Symeon, οὐδενί· quod plane idem eſt. Utrumque enim caſum regit verbum. V. I. ἐν οὐδενί. *Hanc gloriam moriendi pro Chriſto nemini adhuc invidiſtis: vos, inquam, qui alios exemplo & hortatibus ad martyrium pro nomine Chriſti ſubeundum animare ſoliti fuiſtis.*

P. 37. v. 23. Μόνον μοι δυώμην] Symeon: μόνον μοι δύναμιν αἰτήσασθε δοθῆναι παρὰ θεοῦ, ἵνα μὴ μόνον λέγωμαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ καὶ λέγεσθαι δυώμαι, καὶ τότε πιστὸς ἔσῃ ὁρθήσομαι, ὅτε κόσμῳ μὴ φαίνωμαι. Ita pro more ſuo verba & ſententias aut addit aut decurtat. Senſus Martyris, quem durum nimis, ſi integram periocham retinuiſſet, fortaſſe ſentiebat Metaphraſtes, pius admodum eſt, & explicatu facilis: *Hoc ſolum agite, ut vires tum animi tum corporis, à Deo nimirum, in me infundi petatis, ut non ſolum profeſſione, ſed voluntate & ſincero cordis affectu, & denique moriendo revera Chriſtianus inveniar: tum enim & fidelis habebor & ero, omnium judicio, quum ex hac vita exceſſero.*

P. 37. v. 29. Αἰώνιον] Legebat V. I. φανόμενον, ἀγαθόν. *Nihil apparentia bonum eſt.* D. Pearſonus corrigit φαινομένῳ. Nec opus eſt, ut ſubſtituamus vel *apparentiæ vel apparens*. Fruſtra particulam γὰρ poſt οὐδὲν interſerit Symeon, qui hic cum codice Colbertino conſentit, & pariter habet verſiculum S. Pauli, omiſſum à noſtro Interprete.

P. 37. v. 30. Ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν] Hanc reliquam hujus ſectionis partem penitus omiſit Symeon: priorem vero ſententiam Interpolator. S. Ignatius hoc modo, ni fallor, explicandus eſt. *Paſſionibus Chriſtianorum, qui pro ipſius nomine mortem tanta cum animi lubentia & conſtantia oppetunt, Chriſtus, Deus noſter, licet jam in cœlo apud Deum humana natura exiſtens, hominibus manifeſtior fit*: vel ſi malis, pie & erudite Lector, *qui in Patre eſt, per ineffabilem divinæ eſſentiæ communicationem, magis hoc modo manifeſtatur, ſeque incredulo mundo invicta martyrum fortitudine, tanquam novis clarioribuſque indiciis, ex quo terras reliquerit, dignoſcendum præbet.*

P. 37. v. penult. Οὐ σωπᾶς] Codex Colbertinus hic à veteri Interprete variat, & plane corruptus & mutilus eſt. Recte hoc in loco ſeſe habent vulgati codices, niſi quod ob male intellectam S. Ignatii mentem, ſenſum, perperam interpungendo, verbiſque, quæ minime neceſſaria ſunt, ſupplendo, corruperit Interpolator. Locus ſane intricatus eſt, quem cum D. Voſſio ex fideliſſimo hoc noſtro Interprete ita refingendum puto: ὁ πειθομενῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ὄζιν ὁ Χριστιανὸς, μάλιστα ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου. Interpolator, qui à verbis ὁ Χριστιανὸς novam periocham inceperit, ſibi neceſſitatem ea quæ ſequuntur, una cum textu analogo ex Evangelio S. Joannis, addendi, ad complendum ſenſum, pro verſutia ſua impoſuit. Hoc ergo modo S. Ignatium interpretari libet: *Vere Chriſtianum eſſe, ſive mori pro Chriſto, non à qualicunque perſuaſione humana, utut forti, & importuna, ſed a mentis magni-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [194] - 96
PUBLIC DOMAIN

magnitudine ab ipso Deo inspirata oritur: nemo enim internecino & implacabili hostium fidei Christianæ odio aliter sese exposuerit. Tempore præsertim persecutionis vere Christianus non πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις (ut verbis S. Pauli utar) *sive persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis animatus, sed potenti Spiritus sancti gratia adjutus, se adeo fortem & magnanimum ostendit præstatque, ut mortem cum gaudio & triumpho oppetere non solum velit, sed & audeat.*

P. 38. v. 4. Εὔνοια] V. I. *concordia.* ac si legisset ὁμόνοια. Sed non adeo recte. Vide supra, φοβοῦμαι γὰρ ὑμῶν τὴν ἀγάπην ὑμῶν.

Ibid. Γένησθε] Vide, annon S. Ignatius scripserit γένηται· quod suspicor.

P. 38. v. 6. Εγεσι] Ita quoque Symeon, qui in hac & sequenti sententia cum Codice Colbertino concordat.

P. 38. v. 7. Αλέθομαι] D. Pearsonus corrigit, ἀλέθωμαι. Hanc præclaram sententiam citant S. Irenæus lib. V. adv. hæres. cap. 28. Euseb. hist. Eccles. lib. III. c. 36. ut alios præteream.

P. 38. v. 10. Μυδὲν καταλείπωσι τοῦ σώματός μου] Proculdubio excidebat τὸ τ ante τοῦ· uti legebat V. I. *nihil derelinquant eorum, quæ corporis mei*: & habent vulgati codices, quod elegantius videtur: Symeon vero omisit. *Ut totus integerque devorer à feris, ne minima quidem corporis mei parte relicta.* Ex ratione addita satis liquet, S. Ignatium, quantum in ipso erat, nimiam superstitum in colligendis martyrum reliquiis diligentiam amoliri fategisse.

P. 38. v. 11. Γένωμαι] V. I. *inveniar.* quasi τὸ εὑρεθῶ, quod præcedit, hic iterum in textu repeteretur. Sed manus ipsius & oculus erraste videntur.

P. 38. v. 12. Αληθῶς] Lege ἀληθής. Ita sane: ut habent V. I. vulgati codices, & Symeon.

P. 38. v. 13. Ο κόσμος] Symeon, ἔτι ὁ κόσμος. male.

P. 38. v. 14. Χειστὸν] Vulgat. cod. Κύειον.

Ibid. Τέκνων θυσίαι εὑρεθῶ] Interseri debet τὸ θεοῦ ex fide veteris Interpretis. vulgati codices habent θεῷ. Abest vero apud Symeonem, qui superflue addit, καθαρά.

P. 38. v. 17. Κατάκεισθαι] Vulg. ἐλάχιστον, contra fidem codicis Colbertini, Symeonis, & V. I.

Ibid. Ελεύθεροι] Mox male addit Interpolator, ὡς δοῦλοι θεοῦ.

P. 38. v. 18. Απελεύθερος Ιησοῦ] Vulgati codices hic optime consentiunt cum veteri Interprete ἀπελεύθερος γενήσομαι Ιησοῦ Χειστοῦ.

P. 38. v. 21. Κοσμικὸν ἢ μάταιον] Desunt hæc verba apud V. I. nostrum; & fortasse obliterari debent, licet in ceteris quoque reperiantur.

P. 38. v. 22. Απὸ Συρίας μέχρι Ρώμης θεριομαχῶ] Symeon habet — μέχρι Ρώμης αὐτῆς θεριομαχῶν. Plane piget ulterius omnes ineptulas Metaphrastæ variationes sollicite venari. Parallelum locum hinc à Pseudo-Ignatio surreptum vide in supposititia epistola ad Tarsenses in principio.

P. 38. v. 23. Δεδεμένος] Vulg. habent cum Eusebio ἐνδεδεμένος. Frivolum admodum fortasse quibusdam severis Lectoribus videbitur, ejusmodi leviusculis variationibus insistere: quorum censuram deprecor.

P. 38. v. 24. Ος ἐστιν στρατιωτῶν τάγμα] Lege ὃ & στρατιωτικόν. Habent non solum

vulgati codices; ſed etiam Euſebius, qui hanc integram periocham citat, Eccleſ. Hiſt. l. III. c. 36. Fruſtra igitur obtenditur, hanc explicationem ab aliena manu eſſe inſertam. Quid enim obſtat, quo minus liceat S. Martyri ſeipſum interpretari, uti ſubinde ſolet?

P. 38. v. 26. Ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν] V. I. *in injuſtificationibus autem ipſorum.* Legiſſe videtur ἀδικωμάσιν, vel ſaltem in animo habuit barbaram hanc vocem, quam ita interpretatus eſt.

P. 38. v. 27. Παρὰ τοῦτο] Idem quod ἀφ' τοῦτο, ſive ἐν τούτῳ. Verba hæc, ut obſervat D. Uſſerius, Paulinis reſpondent, 1 Cor. IV. 4. ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. Habentur apud Euſebium & in ceteris codicibus, deſunt vero apud Metaphraſtam, ut inde, uti ex innumeris aliis, de hujus exſcriptoris oſcitantia & hariolationibus certum faciamus judicium.

P. 38. v. 28. Ονάιμην] Vox B. Martyris pro Chriſto moriendi deſiderio accommodatiſſima, qua ſæpe utitur. Unde quid noſtro Interpreti, qui *ſortiar* reddidit, in mentem venerit, divinare non poſſum. Aut illum deſeruit ſua diligentia, aut locus à librariis corrumpitur.

Ibid. Ητοιμασμένων] Euſeb. ἑτοίμων.

Ibid. Καὶ εὔχομαι ἕτοιμα] Legitur apud Euſebium, Symeonem, & Interpolatorem.

P. 38. v. 29. Α ἐγὼ εὔχομαι σώτιμα] Voſſius recte, ut mihi videtur, corrigit σώτονα. Hieronymus in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum in Ignatio: *quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum.* Rufinus vero, *quas & ego opto acriores parari.*

P. 38. v. penult. κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα] Ita quoque Euſebius & Metaphraſtes, reſpectu habito ad τὸ θηρίων, quod præcedit, hoc nimirum ſenſu: *ſi vero feræ quaſi invitæ & à naturali rabie cohibitæ noluerint.* V. vero noſter Interpres & Interpolator ἑκόντα legebant, illud ad B. Martyrem referentes, hoc ſenſu: *ſi vero me hoc unice volentem & ardenti deſiderio id fieri cupientem aggredi & fatali morſu adpetere noluerint.*

P. 39. v. 2. Ζηλώσῃ] Locus obſcurus, nec explicatu facilis. Dubitatur, an verba iſthæc priori ſententiæ annecti debeant, tanquam pars ipſius, an vero diſtincta prorſus, & per ſe abſolute explicanda. Legebat V. I. una cum Euſebio ζηλῶσαι, uti quoque codices vulgati habent, modo infinitivo: non male quidem, præſertim ſi ſubaudiatur particula conjunctiva ὥστε, quæ eſt conjectura D. Pearſoni, hoc ſenſu: *adeo ut deſpectis rebus viſibilibus & inviſibilibus, ne quicquam horum æmulari & deſiderare aut velim aut poſſim, ut Jeſum Chriſtum conſequar.* S. Hieronymus, mutilata ſententia, quaſi τὸ τῶν ὁραόπων à ſuo codice abfuiſſet, interpretatur; *nihil de his, quæ videntur, deſiderans*: legendo ζηλώσας participialiter, hoc ſenſu: *ego, qui, jam morti appropinquans, diſcipulus eſſe incipio, nihil nunc in hoc mundo viſibili deſiderans.* Rufinus, quantum ex ejus laxa verſione conjecturam facere licet, *Faceſſat invidia vel humani affectus & nequitiæ ſpiritalis*, legebat ζηλώσω modo optativo, aut ζηλώσῃ cum codice Colbertino: ac ſi voluiſſet, *nihil rerum viſibilium aut inviſibilium mihi invideat aut æmuletur gloriam hanc pro Chriſto moriendi, quam tantopere peto*: vel planius, *nemo*

aut

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [196] - 98
PUBLIC DOMAIN

aut hominum, aut Angelorum, ſive bonorum, ſive malorum, hunc mihi honorem invideat, quem ſollicite ambio. Qui ſenſus hic optime quadrare videtur, & maxime eligendus eſt. Plane omiſit Symeon, quæ non intellexiſſe videtur. Valeſius legi poſſe cenſet, μηδέν τε ζηλώσαι, contra fidem manuſcriptorum.

P. 39. v. 4. Αναπομαὶ, διαιρέσεις] Habentur quoque in vulgatis codicibus & apud Symeonem, quæ in ſuo codice non legebat V. I. neque Euſebius. Omittuntur quoque ab Hieronymo in catalogo, & in verſione, ſive potius paraphraſi Rufiniana, quam ſecutus eſt Haymo in hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Breviario lib. III. c. 4. & plane ſuperflua videntur, ab Interpolatore tantum amplificationis cauſſa addita.

P. 39. v. 5. Συγκοπὴ] Ita quoque in ſuis codicibus legebant S. Hieronymus, Symeon, & uterque Interpres, numero ſingulari. Euſebius vero & Græci codices vulgati habent συγκοπαὶ, quos exprimit Rufinus.

P. 39. v. 6. Αλισμοὶ] Sive ἁλεσμοί· utroque modo ſcribitur. Lectio proba, quam confirmat Euſebius. Male in codice Auguſtano ἁλυσμοί. Inde de Græci iſtius contextus interpretatione quorundam conjectationes inficetæ, plane abjiciendæ.

Ibid. Κακῶ κολάσεις] Euſebius ſimpliciter habet κολάσεις, quem ſequitur Symeon. Vulg. cod. tantum ſingulariter κόλασις, numero verbi quoque variato. S. Hieronymus, *tota tormenta diaboli.* Num legebat ὅλας; vix credo. Ita nempe Victorius edidit: quod vitioſum plane videtur; nec id vocabuli in ſua verſione Græca agnoſcit Sophronius.

P. 39. v. 7. Επ' ἐμὲ] Εἰς ἐμὲ, Euſebius: quod idem eſt.

P. 39. v. 9. Τερπνὰ] Ita quoque habet Symeon: ſed rectius legebat V. I. πέρατα· cum quo conſentiunt ceteri codices.

P. 39. v. 11. Μᾶλλον] Proculdubio perperam. Καλὸν legendum eſt cum V. I. Interpolatore, & Symeone.

Ibid. Εἰς Χειςὸν Ιησοῦν] Rectius V. I. & Interpolator, ἀπὸ Ιησοῦ Χειςοῦ. Symeon habet ἐν Χειςῷ Ιησοῦ.

P. 39. v. 12. Τί γὰρ ὠφελεῖται] V. I. omittit hunc S. Matthæi verſiculum: nec dubito, quin ab antiquiſſimis codicibus abfuerit.

P. 39. v. 16. Ο δὲ τοκετός μοι ὀπίκειται] *Hoc vero lucrum ſeu fœnus à Deo in altera vita rependendum, mihi jamjam morituro imminet inſtatque.* Alludit ad illud S. Pauli ad Coloſſenſes. cap. I. 21. ἐν τῷ ἀποθανεῖν, κέρδος. V. I. refert articulum ὁ ad Chriſtum, parum, ut mihi quidem videtur, conſiderate. Hanc ſententiam omiſere Interpolator & Symeon.

P. 39. v. 17. Συγγνωτε] Vulgati codices συγγνωμονεῖτε.

P. 39. v. 19. Μοὶ ἀποθανεῖν] Lege μέ. ut habent vulgati codd. & Symeon & V. I. *Ne mihi impedimento ſitis, quo minus vitam immortalem beatamque in cœlis aſſequar. Ne velitis me mori, qui cum Deo & Chriſto eſſe cupio.* h. e. *nolitis me vere mori.* S. Martyr in hiſce circumſtantiis conſtitutus vitam productiorem quaſi pro morte habuit. Hunc ſenſum pene attigit Interpolator addendo, θανατὸς γὰρ ὄζιν ἡ ἄνευ Χειςοῦ ζωή.

P. 39. v. 20. Κόσμῳ μὴ χαρίσησθε] *Mundo ne gaudeatis.* prorſus male. Rectius legebat in ſuo codice V. I. ἀπὸ κόσμου δὲ μὲ χωείζησθε, *per mundum non ſeparetis*

ſeparetis me: *ne me ſejungatis à communione Dei, ulteriorem moram in hoc mundo interceſſionibus veſtris procurando, quum hoc maxime velim, ut apud Deum ſtatim ſim*: vel ſi altera interpunctio ſit admittenda, *Dei volentem eſſe, per mundum non ſeparetis me*, ἢ τοῦ Θεοῦ θέλοντά με εἶναι διὰ κόσμου μὴ χωρίζητε. Sed prior Græci textus diſtinctio forte melior & verior eſt. Quod vero additum eſt in veteri verſione noſtra, *neque per materiam ſeducatis*, in nullo Græco codice, hactenus memorato, reperitur.

P. 39. v. 21. Ανθρωπος Θεοῦ ἔσομαι] V. I. tantummodo, *homo ero*. *Ero perfectus homo in Chriſto Jeſu*. Sed veriſimilius eſt τοῦ *Dei* ex feſtinatione exſcriptoris excidiſſe.

P. 39. v. 23. Χειρὶ τοῦ Θεοῦ μου] Anaſtaſius Sinaïta in Ὁδηγῷ cap. 12. Ἐάσατε μιμητὰ εἶναι παθῶν Χειρὶ τοῦ Θεοῦ μου. Non legebat V. I. in ſuo codice Χειροῦ· nec opus eſt. videtur addi explicationis cauſſa. Quod vero ad ultima verba, τοῦ Θεοῦ μου, ſpectat, quum ceteri codices & ambo Interpretes conſentiant, miror Symeonem ea omittere aut velle, aut poſſe, aut audere.

Ibid. Εν ἑαυτῷ] Ita quoque Symeon. Editiones Morellii, Vairlenii, aliorumque, quæ αὐτὸν ἐνταῦθα ἔχει habent, hinc emendandæ. *Hunc meum zelum, quo conſtringitur animus, fundendi ſanguinem pro Chriſti teſtimonio, quiſquis Chriſtum in corde habet, vereque amat & agnoſcit, facile capere & intelligere poteſt, eodemque affectu rapitur, modo mentem advertat, & hac de re ſerio cogitet*: *quod quidem ego opto & hortor*.

P. 39. v. 29. Μᾶλλον ἐμοὶ γίνεσθε] V. I. *ipſi autem magis mei fiatis*: ac ſi legiſſet αὐτοί. Hinc in ſua editione reponit Cotelerius αὐτοὶ ὑμῖν μᾶλλον ἐμοὶ γένεσθε. Sed τὸ αὐτῷ, ut habet hic codex, cum quo conſentiunt vulgati codices & Symeon, mihi magis placet, & ad antecedentem periochen potius referri videtur. ἐμοὶ etiam retineri poteſt, modo cum D. Voſſio πλεωστικῶς ſumatur. Quod quum aliqui non intellexerint, quaſi dativo caſu ſingulari poſitum eſſet, ob analogiam Grammaticæ ſubſtituerunt, πιστεῦσι, τῷ Θεῷ.

P. 39. v. 31. Επιθυμεῖτε] Ita quoque Symeon. ceteri codices φρονεῖτε.

P. 39. v. antepen. Μηδ' ἂν] Paullo aliter hanc ſententiam, inde obſcuratam, legiſſe videtur V. I. eodem tamen ſenſu: *His potius, quæ jam mente firma & maxima deliberatione ſcribo, fidem adhiberi volo, quam iis, quæ fortaſſe mediis in anguſtiis poſitus, & cogitationibus mentem avocantibus diſtractus, in carcere, ſi daretur copia, ſcripturus ſum*.

P. 39. v. ult. Ζῶν] Addenda eſt particula γὰρ ex V. I. aliiſque codicibus. Corruptiſſima ſunt apud Metaphraſtam, ἐξ ὧν γάρ.

P. 40. v. 1. Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται] Pene ſuperfluum hic adnotare videbitur, quum omnibus notum ſit, hanc celeberrimam S. Ignatii ſententiam ſive apophthegma citari ab Origene in prologo ad commentarios in Canticum Solomonis, & à Dionyſio Areopagita in libro de divinis nominibus cap. 4. in quo dicit nomen ἔρωτος, quam ἀγάπης, quibuſdam è ſacris ſive eccleſiaſticis Scriptoribus ſuorum temporum (veri enim Dionyſii, qui Apoſtolis ætate ſuppar erat, perſonam in ſe ſuſcipit Auctor ille antiquus, quiſquis fuerit) & præſertim S. Ignatio, quippiam longe auguſtius ac divinius in ſe continere videri. De horum autem verborum ſenſu variæ inter eruditos agi-

tantur.

tantur lites & controverſiæ, in longas Diſſertationes productæ, quibus per harumce ſtricturarum & ſcholiorum brevitatem in præſenti me immiſcere non licet. Partes tamen [a] Antiquorum, qui hæc verba de Chriſto crucifixo, unico amoris S. Ignatii objecto, in quod flagrantiſſimo animæ æſtu propendebat, interpretantur, quam Neotericorum, qui de vanis hujus mundi cupiditatibus & deſideriis illa intelligi debere cenſent, tueri mallem.

P. 40. v. 1. Καὶ ἔκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλόϋλον] Locus in ſe non eſt adeo difficilis explicatu, ſed quem male intelligendo indocti Interpolatores & Librarii corruperunt. Cum codice Colbertino conveniunt Symeon & Menæum Græcorum ad XX diem Decembris. Sed longe præferenda videtur vulgatorum codicum & veteris Interpretis, cujus verſio pene in omnibus ad literam exigitur, lectio, luxata quidem, ſed quæ abſque vel unius literulæ mutatione reſtitui poſſit: h. e. ſi, ut optime pro ſolita illius ἀγχινοίᾳ ſuggerit D. Pearſonus, legamus, φιλῶν π. pro φιλῶν π. i. e. ἐρῶντι· ubi diſtinctio adhiberi debet. Hac vero neglecta, Interpres iſte vetus participium dativi caſus, quod cum pronomine ἐμοὶ convenit, in duas voces dividens, poſteriorem contra regulas Grammaticæ cum ſequente ὕδωρ, (à qua novam, eamque oppoſitam, ſententiam incipere particula adverſativa ſatis clare oſtendit) plane aliud agens, perperam connectit. *Senſus vero mihi ejuſmodi videtur, quaſi hoc planioribus verbis, omni figura vacuis, dixiſſet S. Ignatius, Martyrii, quod moram trahere videbatur, impendio appetens: Dum Jeſum, cujus amore totus ardeo, pro me crucifixum contemplor, flammæ, quas degener rerum mundanarum cupido ſolet accendere, in me penitus exſtinguuntur; potius pectus meum gratia Spiritus ſancti, tanquam largo & perenni aquarum viventium profluvio, madens & perfuſum ſentio. Inde voce cœleſti intus ſonante, ad moriendum pro Chriſto animatus, veni, quid ceſſas? feſtina ad Patrem.*

P. 40. v. 2. Ὕδωρ δὲ ζῶν καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοὶ] Paria quoque habent Symeon & Menæum, niſi quod majoris explicationis gratia τὸ μᾶλλον inferatur ante ζῶν. Vulgati codices, ὕδωρ ᾧ ζῶν, ἀλλόμενον ἐν ἐμοὶ, voce ſatis propria, & ad exundantem vim divinæ gratiæ, quæ inſtar ſalientis aquæ conſtanter ſine quapiam remiſſione & cum impetu in cordibus fidelium fluit, exprimendam appoſitiſſima, & fortaſſe alteri præferenda. Alluſum autem, ut nemo non videt, ad promiſſionem Chriſti, S. Joan. IV. 14. & VII. 38.

P. 40. v. 5. Ἄρτον θεοῦ θέλω] Multa hic, quæ occurrunt quoque apud Metaphraſtam, & reperiuntur etiam in vulgatis codicibus, manifeſtam ſapiunt interpolationem. Sed explicationibus, utut piis & orthodoxis, textus non erat temerandus. De ſenſu verborum quæritur, an hoc innuere velit S. Ignatius, ſe omnibus eduliorum corruptioni obnoxiorum delectamentis, hujuſque vitæ voluptatibus ejuratis, non alium cibum & potum deſiderare, præter Euchariſticum: cui hæc magnifica elogia maxime conveniunt: nec, id ſi Baronio concederetur, video fidem Chriſtianam inde quicquam damni paſſuram eſſe. Non autem nimis rigide ad regulas Græcæ eloquentiæ, aut

[a] Hos Græci communiſſime ſequuntur, ut ex Menæo ad XX Decembris de S. Ignatii die natali patet: Ὡς τετρωμένος ἱεροῖς ἀγάπης τοῦ κυρίου καὶ ἡμῶν θεοῦ, ἐβόα· Χριστοῦ ἐπιθυμίαν θέλω.

ad

ad usitatas loquendi apud Oratores formulas, exigendus est stylus Ignatianus: quippe aliquid dandum est martyrii Candidato, extra se quasi rapto, dum totus in contemplatione rerum spiritualium & cœlestium defigebatur, si ejusmodi novis phrasibus uteretur, quæ tamen facili ac bona interpretatione, prout æquum postulat, leniri possint. Iniquissimum ergo foret, si quis hac de caussa in S. Ignatium morose animadvertere velit, eo quod sanguinem Christi vino eucharistico repræsentatum, τὸν ἀγάπλυν ἄφθαρτον, *charitatem incorruptibilem* appellaverit: quum sanguis ille pretiosus Jesu Christi, in cruce effusus, dici mereatur fundamentum charitatis Dei erga fideles in æternum duraturæ. An vero potius dicendum sit, S. Ignatium, sacramentalibus hisce locutionibus utentem, hoc tantum innuere, se jam omnibus mundanis vanitatibus spretis abjectisque, morti propinquum, unicum hoc cupere, quasi longioris moræ in terris penitus tœderet, ut ad præsentiam Christi, humana natura in cœlis regnantis, admitteretur, illic æterna visionis Dei beatitudine fruiturus. Quæ interpretatio magis, quam altera ad mentem enthei Scriptoris congruere mihi quidem videtur. Vide vero Isaacum Casaubonum hac de re latius & doctissime differentem Exercitat. XVI. ad Annales Ecclesiasticos Baronii. cap. 39.

P. 40. v. 12. Θελήσητε] Ita quoque Symeon: sed V. I. & vulgati codices Θέλητε· rectius.

Ibid. Θελήσατε, ἵνα] Symeon Θελήσατε ἦν, ἵνα — sed vulgati codices plane omittunt & versiculum 20. capitis II. epistolæ ad Galatas interpolant, qui non solum in codice Colbertino & apud V. I. ut vides, sed etiam apud Symeonem abest.

P. 40. v. 15 Φανερώσει, ὅτι] Mutilantur hæc à Symeone, Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὑμῖν πᾶσι φανερώσει, τὸ ἀψευδὲς σῶμα, ὅτι ἀληθῆ λέγω. Interpolator, αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς φανερώσει ὑμῖν πᾶσι, ὅτι ἀληθῶς λέγω· ceteris omissis. *Christus infallibilis magister, qui voluntatem Patris verissime declaravit, hæc, quæ de me vere & citra ostentationem dixi, vobis quoque, si non ex revelatione, saltem ex eventu, per mortem meam manifestabit.*

P. 40. v. 17. Αἰτήσασθε ἐμοῦ] Eadem, quæ in hac sectione sequuntur, habet Symeon. Piget autem insulsas frivolasque vulgatorum codicum interpolationes, & mutationes apponere.

P. 40. v. 20. Ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ] V. I. *Si reprobus efficiar.* h. e. *si a morte liberabor, quasi rejectaneus, & hoc honore, quem tanto animi cum fervore ambio, prorsum indignus.*

P. 40. v. 23. Ποιμὴν τοῦ θεοῦ χρῆται] i. e. Christo: ut ex immediate sequentibus clarissime liquet. Male ergo habet Interpolator, τοῦ κυρίου, τοῦ εἰπόντος, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Hac enim superflua explicatione enervat testimonium, quod ubique in his epistolis ingerit S. Ignatius, de divinitate Christi.

P. 40. v. 24. Ἐπισκοπήσει] Ita ceteri codices. *Christus Deus noster meas absentis vices in Syriacis ecclesiis administrandis longe melius supplebit, vobis quoque adjuvantibus: imo curam, quam impenderam, infinitis modis exsuperabit.* Vetus Interpres sponsionem & securitatem promissi pro voto sumens,

ſumens, reddit, plane ad eundem ſenſum, *vice epiſcopi ſit*: ſed forte legebat ὀπισκοπήσαι, modo optativo, & αὐτὸς pro αὐτῷ.

P. 40. v. 24. Καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη] Phraſis S. Ignatio familiaris. Fruſtra addit Interpolator, εἰς αὐτόν. Charitas enim Chriſtianorum Romæ degentium, quam implorat, ad Antiochenos, potius quam ad Chriſtum, debet referri.

P. 40. v. 29. Καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν] Vide ſupra in epiſtola ad Philadelphenſes, Ασπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι· & ad Trallianos, Ασπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη Σμυρναίων.

P. 40. v. 30. Τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ιησοῦ Χριστοῦ, ἐχ ὡς παρερχόντα] V. I. *ut non tranſeuntem*, quaſi legiſſet: ὡς ἐχ. Sed videtur eſſe error exſcriptoris iſtam particulam negativam tranſponentis. *Me receperunt eccleſiæ in nomine Chriſti, non tanquam advenam, illas in hoc itinere feſtino prætergredientem, ſed tanto cum amore & zelo, ac ſi eſſem illorum epiſcopus. Hoc ab illis propter Chriſtum factum erat.* Quidam codices habent ὡς ὄνομα, intolerabili Librariorum ſive inſcitia ſive licentia.

P. 40. v. antepenult. Καὶ γὰρ οἱ μὴ παρόντες] Hic judicium pariter ac induſtria deſtituit veterem noſtrum Interpretem, qui non ita ſolet turpiter labi, verba hæc, *non advenientes mihi*, male interpretando. Ex præcedentibus ſenſus hic colligi videtur, dum fuſius & planius eccleſiarum charitatem, quam jamjam deprædicaverat, hoc indicio & probatione illuſtrat. *Multi ab eccleſiis, non mei juris, & ad me neutiquam ſpectantibus, in hoc nimirum ultimo itinere, quod in mundo reſtat emetiendum, ut mihi obviam irent miſſi, me ſingulas civitates ingreſſurum honoris cauſſa præceſſere*: παρῆγον· verbo neutraliter ſumpto: quod pariter habet Metaphraſtes. Sed ſi legamus juxta vulgatas editiones, παρήγαγον, ſenſus idem erit, *me* nempe, *quaſi nobili famulitio & comitatu ſtipatum, ad ſuas urbes deduxerunt.*

P. 41. v. 3. Κέκροπι, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα] Præpone particulam ἐν, ut habent V. I. & Symeon. Crocus ab Epheſiis ad illi, verſus illam urbem tendenti, occurrendum mittebatur. Quibus verbis iſta periocha clauditur. Non enim ille cum S. Ignatio è Syria veniebat.

P. 41. v. 4. Περὶ τῶν παρεληλύθοτων με ἀπὸ Συρίας] Lectio proba, quam verba ſequentia ſatis clare firmant. Veriſimillimum enim eſt quoſdam Chriſtianos, relicta circa idem tempus Antiochia, recta via & citra omnes ambages, Romam petiiſſe. Hos novos hoſpites & peregrinos homines, vere pios proboſque, utpote qui Deo pro ſanctitate morum & illis ipſis pro ſinceritate fidei fruantur, dignos, quos illorum charitati & benevolentiæ impenſiſſime commendat, edoceri vult, ſe non longe ab iſta Urbe abfuturum. Non enim dubitandum erat, quin illi è Syria fratres, Romam longe maturius pertingentes, eorundem ſacrorum conſortes de eccleſiarum Syriacarum ſtatu, & præſertim de S. Ignatio ad beſtias damnato, ſingillatim certos reddidiſſent. Hæc à veteri noſtro Interprete confunduntur, qui παρεληλύθοτων cum Interpolatore, aut συνελθόντων cum Symeone, addito pronomine μοὶ, legiſſe videtur. Quid autem de ſuis præcurſoribus ſcribat S. Ignatius, quum minime intellexerit Metaphraſtes ille, totum illud penitus omiſit, hiſce tantummodo retentis: Ετι δὲ συὶ ἄλλοις πολλοῖς ἅμα ἐμοὶ ἐν Κέκροπι, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα τῶν συνελθόντων

ὄντων ἀπὸ Συρίας εἰς δόξαν θεοῦ. Ἐρρῶσθαι δὲ ὑμᾶς — verum si lectio vulgatorum codicum, προσελθόντων, retineatur, nova expositione veteris nostri Interpretis versio, quæ in editione Usseriana, inserta parenthesi, (*quibus & manifestatis*) perplexa, & vix cujuspiam boni sensus capax videtur, hoc modo restitui potest: *De advenientibus* (h. e. περὶ τῶν παρελθόντων, ut bene conjectatur D. Pearsonus) *mecum à Syria*, (qui simul egressi mecum ex Antiochia, compendiosiorem viam sectati sunt) *in Romam ad gloriam Dei, credo vos cognoviße*: viz. quicquid ad ecclesias istas, quicquid ad me spectat: *quibus & manifestis* (proculdubio pro *manifestabitis*, ita enim scribi oportuit) *prope me existentem.*

P. 41. v. penult. Τυτίστ, Αὐγέστε] Additio superflua, ac male signata, & plane rejicienda.

SCHOLIA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [202] - 104
PUBLIC DOMAIN

SCHOLIA & ANNOTATIONES THOMÆ SMITHI IN MARTYRIUM S. IGNATII.

Pag. 46. v. 4. Οτῦ ἁποστόλυ Ιωάννυ μαθητὴς] De discipulatu S. Ignatii sub cura & institutione S. Joannis Apostoli altum silent Scriptores Ecclesiastici, quorum plerique omnes, sive ejusdem, sive diversi ævi, in enarrandis Sanctorum *Martyriis* occupati, parentum, patriæ, nataliumque memoriam, & universam illorum vitæ præcedentis rationem, institutum, reliquasque ἀναγράφους *literis mandare* posterisque tradere neglexerint. Interim ex horum Actorum fide statuendum videtur, Ignatium fuisse auditorem S. Joannis, licet de tempore & loco, sive in Palæstina, sive in Syria, sive potius, una cum S. Polycarpo (quod mox asseritur, §. III.) in Asia Minori, nondum constet.

P. 46. v. 6. Ην τοῖς πᾶσιν] Lege ἐν pro ἓν, quod in codice suo non habebat vetus Interpres, particula conjunctiva ἢ, quæ sequitur, deleta.

P. 46. v. 7. Επιμελῶς] Neuter Interpres habet.

P. 46. v. 8. Παραγαγὼν] V. I. *mitigans*, male. *Egressus, transiens, quum vix procellas evasisset.* Quænam autem illa mala essent, quæ S. Ignatius in ista persecutione sub Domitiano passus fuerat, & ex quibus eluctatus est, ex defectu historiarum pariter nos latet.

P. 46. v. 12. Τῷ πόνῳ τῷ πνεύματι] Lege πόνῳ πνευματικῷ, *labore spirituali*, ut alter Interpres habet: licet fortasse πόνῳ tolerari possit.

P. 46. v. 17. Ηχαλλεν γὰρ] V. I. *dubitavit*, i. e. *animi anxius erat.* Redde potius, *dolebat animo*, sive *tristitia afficiebatur.* Conveniunt hæc mirifice cum Epistolis, quæ ubique testantur zelum, quo efferveſcebat S. Ignatius, morte cruenta *veri in Christum amoris*, prout ipse post auditam sententiam damnatoriam exclamans voce quasi triumphabunda agnovit, documenta dandi, utpote martyrio, quod summa sollicitudine & angore animi ambiisset, *in perfectum Discipulorum ordinem* adscisendus.

P. 46. v. 21. Περισωκεῖσθαι] Lege cum V. I. περισωκεῖν.

P. 47. v. 5. Ελοιτο] *Eligeret, vellet*, scil. cœtus Christianorum: *nisi Christiani dæmonolatriam istam, quæ tum apud universas gentes obtinuit, amplecti cuperent*: quod male vetus Interpres refert ad Trajanum, reddendo *cogeret.* Sed fortasse hæc lectio vitiosa est ex festinatione & oscitantia Librarii,

brarii, pro qua τὸ *cogitaret* vel quippiam ſimile mihi quidem videtur ſubſtituendum.

P. 47. v. 7. Ο φόβ@] Aberat in codice veteris Interpretis, & quidem longe rectius. Eſt enim aſſumentum & perperam infertum.

Ibid. Εὐσεβῶς ζῶντας] Lege cum V. I. εὐσεβεῖς ὄντας.

P. 47. v. 26. Ο Χειρὸν ἔχων ἐν τέρνοις] Idem ac Χειρὸν ἐν καρδίᾳ φορῶν· quod mox ſequitur: titulo quidem ſatis apto, qui omnibus vere Chriſtianis pari jure indi poſſit. Hæc autem vera eſt hujus cognomenti, S. Ignatio jam peculiaris, ratio, de quo vide D. Pearſonum pulchre & erudite differentem in Vindiciis Ignatianis, parte ſecunda, cap. XII.

P. 47. v. ult. Οὗ τῆς βασιλείας ὀναίμην] Uterque Interpres legiſſe videtur φιλίας· Hic, *cujus amicitia fruar*, alter, *cujus amicitiam acquiſivi*. Sed Græci codicis lectio, quam aliquo modo paraphraſi ſua firmat Symeon, neutiquam debet ſollicitari, imo recto ſtat talo. S. Ignatius enim, quum paullo ante Chriſtum ſuum ἐπουράνιον βασιλέα, quod V. I. reddit *ſupercœleſtem Regem*, nuncupaſſet, *in illius regnum ſe admiſſum iri, illoque tandem fruiturum*, jam ferventiſſima prece optat.

P. 48. v. 3. Τῷ ἐμῷ ἁμαρτίαν] Τὸ ἐμῷ ſuperflue videtur additum, uti ſtatim, πλάνῳ καί.

P. 48. v. 14. Εἰς τέρψιν δήμου] Potius ὄψιν, ut habet V. I. *in ſpectaculum plebis*. §. V. ἵνα ἐπ' ὄψει τοῦ δήμου Ρωμαίων πηρὸν ἀχρεῖος παραδοθείς. Alter vero conſentit cum Græco, *pro avocatione populi*.

P. 48. v. 18. Δεσμοῖς συνδήσας σιδηροῖς.] V. I. *vinculis collocari ferreis*. Corrige Librarii mendum, & lege *colligari*.

P. 48. v. 21. Τῇ ἐκκλησίᾳ] Idem hic ac ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας.

P. 48. v. 26. Απαχθησόμεν@] V. I. *adducendus*. Corrige, *abducendus*. Sed alterum illud ferri poteſt.

P. 49. v. 20. Διὰ τῶν ἡγεμόνων] Per *Præfectos* ſive *Epiſcopos*. V. I. *per præcedentes* (hic enim interpunctio apponenda eſt, nec ad literas, quæ ſubſequuntur, referri aut poteſt aut debet, uti in Præfatione oſtendi) h. e. *dignitate præcedentes*, vel potius reſcribendum, *Præſidentes*: quo titulo Epiſcopi merito ſuo olim gaviſi ſunt. Hoc potius malo, quam ut fingam Interpretem noſtrum in ſuo codice ἡγουμένων reperiſſe. Verſionem autem Latinam ad exemplar Græcum, in quo ſenſus integer & intellectu facilis eſt, omnino conformari oportere quis non videt? Male hanc & alteram, quæ ſequitur, ſectionem imaginatus eſt D. Uſſerius ab Ignatianarum epiſtolarum collectore fuiſſe interſertas: quas ſeries narrationis neceſſario exigit, & quæ procul omni dubio in originalibus Martyrii Actis exſtabant, ut hodie Græce exſtant.

P. 49. v. 31. Ακοντας] Lege cum V. I. ἀπόντας, *abſentes*.

P. 49. v. ult. Τὰς φιλοτιμίας] Quod vocabulum bis quoque poſtea occurrit. Certiſſimum eſt ex variis, iiſque malis hujus vocis explicationibus, quas fingit Vetus Interpres, *occupare honores*, ut hic, & mox μελλόσης λήγειν τῆ ἀκαθάρτῳ φιλοτιμίᾳ, *debente finem habere mundi inani gloria*, & μελλόσων καταπαύειν τῆς φιλοτιμίων, *debentibus quieſcere gloriationibus*, illum verum iſtius ſenſum neutiquam

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [204] - 106
PUBLIC DOMAIN

tiquam intellexiſſe. Per haſce φιλοτιμίας intelligo ludos ſolennes magno ſumptu ac ſtudio à munerum publicorum magiſtratuumque Candidatis, qui inde gratiam & applauſum plebis Romanæ captabant, pro more exhiberi ſolitos. Quapropter S. Ignatius à feris militibus, jam occupata terra, ad iter maturandum urgebatur, ut Romam, antequam dies iſti communis lætitiæ & publicæ feſtivitatis eſſent elapſuri, perveniret, beſtiis nimirum in Amphitheatro juxta ſententiam ab ipſo Trajano nuper Antiochiæ latam objiciendus. Patet autem ex Kalendario vetuſto ſub imperatore Conſtantio, filio Conſtantini Magni, confecto, in quo ſola Gentilium ſolennia recenſentur, quod edidit Lambecius in appendice ad IV. librum Commentariorum de Bibliotheca Vindobonenſi, illo ipſo die, quo S. Ignatius martyrium paſſus eſt, nempe decimo tertio Kalendas Januarias, *Munus Kandida*, i. e. *Candidatorum*, celebratum fuiſſe. Hic enim alter dies, quum prior ſexto Idus Decembres haberetur, præſtitutus videtur, & qui ὀπτάνης ſive *ſplendide ſolennis* hic appellatur: in quibus utriſque οἱ φιλοτιμοῦντες, ſive qui *publicos honores*, in annum proxime ſequentem obeundos, *peterent & ambirent*, munera in Circo & Amphitheatro coram populo edebant, in quibus gladiatorum pugna & damnatorum ad beſtias expoſitio maxime recenſendæ videntur. Hæc vero eleganter quidem & commodiſſime horum Actorum Scriptores nuncupant φιλοτιμίας, quæ *Saturnalibus*, aut eorundem, adjecta hac celebritate auctorum, appendici, *Sigillaribus*, quorum originem tradit Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XI. non adeo bene conveniunt. Tantum in genere & pro more ſuo paraphraſtice dicit Symeon, ἡμέρας ὀπτάσιος εὐκαίρου, ἵνα καὶ δημοτελὴς ὑπῆρχε τοῖς Ρωμαίοις πανήγυρις, nulla particulari hujus celebritatis mentione facta.

P. 50. v. 2. Στεφάνου ἅ] Supple ex V. I. δικαιοσύνης ἀλλὰ τοιαύτης.

P. 50. v. 5. Μακεδονίαν] Adde πεζῇ, ut legebat V. I. & habet Symeon Metaphraſtes.

P. 50. v. 6. Περὶ τὸ πέλαγος τὸ πρὸς Ἐπίδαμνον] V. I. *& ad terram*, (præpoſitionem addo ex codice Caienſi) *quæ ad Epidamnium*. h. e. ad illum tractum terræ continentis & mediterraneæ, in quo ſita eſt Epidamnus.

P. 50. v. antepen. Σὺν αὐτῷ μᾶλλον] Corrige fidentiſſime συναντῶμεν· ut legebat V. I. *obviamus*: & ita ſcriptum fuiſſe in codice MS. quo uſus eſt vir eruditiſſimus, qui *Acta* hæc Græce primus inde edidit, quovis pignore contenderem, ſaltem ita ſcribi debuiſſe, niſi Librarius, ſaltem mente captus inter exſcribendum deliraſſet, ſenſus neceſſario poſtulat.

P. 51. v. 3. Ἡσυχάζουσιν] Lege cum V. I. ἡσυχάζειν.

P. 51. v. 5. Οὓς οὐδὲς] Legebat V. I. ὃς, *quos*.

P. 51. v. 21. Παρὰ τῶν ναῶν] V. I. *ab impiis*. Forte legebat in ſuo codice παρὰ τῶν ἀνοσίων ſive ἀνόμων.

P. 51. v. 27. Τελείωσιν] V. I. *fruitionem*. Emenda, *finitionem*. & adde *ipſius* è MS.

P. 51. v. 28. Λειψάνων] V. I. *oſſium*, ὀστέων· & ſic legendum videtur.

P. 51. v. antepen. Ἐν λίνῳ] V. I. *in capſa*. forte, ſi non in codice ſuo, ſaltem in animo habebat, ἐν λάρνακι. Sed hoc eſt hariolari.

P. 51. v. antepen. Θησωρὸς] Præpone ὡς, ut in ſuo codice reperiebat V. I.

P. 51. v. penult. Τοῦ τῆς] Pro ἀπό. V. I. *ab ea, quæ in martyre,* (ſic in MS.) *gratia.*

P. 52. v. 8. Μικρὸν ἀφυπνώσαντες] De hiſce inſomniis, ſive cœlitus immiſſis, ſive ex quotidianis cogitationibus, de glorioſo illo S. Ignatii certamine, phantaſiæ illorum inter dormiendum, quod frequenti uſu venit, ſuborientibus, non eſt quod quiſquam indebite cautus ſagaxve nimium ſit ſollicitus, quaſi olerent figmentum: quum nihil hic aut à fide alienum, aut veriſimilitudinis omnino expers aſſertum habeatur.

P. 52. v. 9. Οἱ μὲν ἐξαίφνης] h. e. Aliqui ad hunc modum, alii vero ad alium.

P. 52. v. 10. Εβλέπομεν, & mox ἑωρῶμεν] V. I. in utroque loco *videbant*: quaſi juxta illum, in eorum, quibus hæc viſa obtigerunt, numero ſeipſos, qui glorioſo Martyris agoni interfuere, non recenſuiſſent: nec quidem recenſendi videntur. Græca potius mutanda ſunt, ut verſioni, quæ ad literam fit, conformia reddantur.

P. 52. v. 11. Μακάριον] V. I. in MS. *ſanctum,* ἅγιον.

P. 52. v. 12. Σταζόμενον ὑφ' ἑδρῶτος] Lege ergo apud V. I. *ſuperrorantem.* Symeon Metaphraſtes, ἑδρῶτι καταῤῥεόμενον, καθάπερ ἄρτι τῆς ἀθλήσεως ἀναπνεύσαντα πόνων.

P. 52. v. 14. Παρεισῶντα τῷ Κυρίῳ] Addit V. I. *in multa confidentia, & ineffabili gloria.*

P. 52. v. 15. Καὶ συμβαλόντες τὰς ὄψεις τῶν ὀνειράτων] Deſunt hæc apud V. I. & perperam quidem, ut mihi videtur.

P. 52. v. 22. Καὶ τῶν τοῦ Φιλοχρίστου] Aliter legebat in ſuo codice V. I. & prorſus diverſa habet: *& hujus inſidias in finem proſtravit, glorificantes in ipſius venerabili & ſancta memoria Dominum Jeſum Chriſtum.*

SCHO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [206] - 108
PUBLIC DOMAIN

SCHOLIA & ANNOTATIONES THOMÆ SMITHI IN EPISTOLAM S. POLYCARPI AD PHILIPPENSES.

Pag. 54. v. 9. Φιλίπποις] Deest forte ἐν· vel potius repone Φιλίππους, ut habet codex Florentinus: & quidem rectius.

P. 54. v. 14. Δεξαμένοις τὰ μιμήματα] Putavi legi potuisse, δειξαμένοις τὰ μιμήματα, *ostendentibus sinceri amoris indicia sive documenta*: & sic in margine codicis mei olim adnotaveram. Sed jam, rejecta præcipiti hac conjectura, antiquam lectionem perquam commodo sensu retinendam esse statuo. Τὸ autem μιμήματα *simulachra* sive *exemplaria*, vel ad Philippenses referri videtur, quod mente susceperint, suisque moribus veræ charitatis *imaginem*, quasi vivis coloribus expressam, repræsentaverint: vel, si mavis, ad S. Ignatium & socios, utpote veræ dilectionis erga Christum, despectis omnibus vitæ periculis, forti animo & exemplo maxime imitabili exhibitæ, *simulachra* & εἰκόνας· quos nimirum benevolo admodum affectu exceperunt Philippenses, & jam vinculis Romam abducendos in via aliquantulum comitati sunt, & extra civitatis suæ pomœria ultro deduxerunt.

P. 54. v. 16. Καὶ πεπέμψασιν, ὡς ἐπέβαλεν ὑμῖν] Vetus Interpres in hisce & sequentibus verbis turpiter lapsus est. Tu cum D. Pearsono in Vindiciis Ignatianis, P. I. c. V. p. 73. ita verte: *Congavisus sum vobis, qui veræ charitatis exemplaria excepistis, & deduxistis, ut vestro officio conveniebat, involutos vinculis, quæ sanctis ornamento sunt.*

P. 54. v. 21. Ἐξ ἀρχαίων χρόνων καταγγελλομένη] V. I. omisit καταγγελλομένη, *declarata* sive *annunciata. A primis accepti Evangelii per prædicationem S. Pauli initiis.*

P. 55. v. 10. Ματαιολογίαν] Hæreticorum nimirum, qui vera religionis Christianæ dogmata vanis suis figmentis adulterarunt.

P. 55. v. 11. Πολλῶν] Lege in V. versione Latina, *multorum*: ut §. VII. καταλιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν.

P. 55. v. 16. Ἐρχέται] Melius ἐλεύσεται, ut legebat V. I. *qui venturus est.* Sed prius verbum tolerari potest: quasi diem ultimi judicii prope instare, quæ

quæ erat communis Chriſtianorum iſtius ſeculi, & etiam ſequentium, opinio, credidiſſet ſanctiſſimus Martyr.

P. 55. v. 26. Γρόνδον ἀντὶ χρόνδυ] Hujus vocis inuſitatæ ſignificatio hoc ſequenti cujuſdam Viri doctiſſimi ſcholio optime explicatur: Euſtathius in Iliad. Ψ'. Πύσοντες τὰς τ' χειρὸς σακπύλας, καὶ ἅπως φυφιόντες εἰς πύκνωσιν οἱ πυξμάχοι, ἀθλοῦσιν· εἰς χρόνδον συσρέφοντες· ὅπερ κόνδυλόν φασιν οἱ σοφοί. *Suidas*, Πυγμὴ, πάλη, σύγκλεισις σακπύλων, χρόνδος. *Ita in Lexico Heſychii Græco*, πυγμὴ *eſt* χρόνδος, *in Cyrilli Græco Latino*, χρόνδος, *pugnus*, *& in Philoxeni Latino Græco*, *pugnus*, χρόνδος.

P. 56. v. 2. Οἱ πλωχοὶ] Adde ex V. I. & ex Evangelio, Matth. V. 3. τῷ πνεύματι.

P. 56. v. 5. Οὐκ ἐμαυτῷ ὑπαξέψας] V. I. *non à meipſo imperans*: lege, *impetrans*: ut recte emendat Cotelerius, ſenſu veriſſimo: *Hanc libertatem mihimet non permiſi aut arrogavi, niſi à vobis & literis veſtris prius invitatus, & quaſi provocatus*, ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς προεπεκαλέσασθέ με. Nullatenus enim placet lectio codicis Florentini, προσεπιλακίσατέ με.

P. 56. v. 9. Τῇ σοφίᾳ τῇ μακαρίᾳ καὶ ἐνδόξῳ Παύλῳ] Inſigni elogio Polycarpus cohoneſtat S. Paulum *ob ſapientiam*; qua voce S. Petrus de eodem utitur, 2 Epiſt. III. 15. h. e. *ob ſcientiam* cœleſtium arcanorum & myſteriorum Evangelii: quem Patres omnis fere ævi, accumulatis *iſtiuſmodi elogiis*, ſecutos eſſe notius eſt, quam ut teſtimoniis congerendis citra neceſſitatem inſiſtam.

P. 56. v. 13. Τμῖν ἔγραψεν ἐπιςολὰς] Non exertim & expreſſo nomine plures, (unicam enim, ſaltem ab univerſa eccleſia agnitam, inque Canonem receptam, ad Philippenſes ſcripſit) ſed innuere videtur S. Polycarpus quaſdam alias epiſtolas S. Pauli, ſive ad Theſſalonicenſes, utpote utroſque Macedoniæ accolas, nec valde procul à ſe invicem diſſitos, ſive ad Corinthios miſſas, iiſdem vel ex conſilio Apoſtoli, vel ex concordiæ & fraternæ charitatis nexu, pro more communicatas, adeoque ad ipſos Philippenſes quodammodo ſpectare. Aliqui forſaſſe dixerint (neque ego quidem intercedam) variationem numeri ideo admittendam videri, eo quod frequenti apud omne genus Auctores uſu veniat, quod de ſingulari epiſtola, dialogo, librove *loquentes*, quandoque *plurali* numero utantur. Sed *ipſi* viderint. Num vero alia ad Philippenſes *tranſmiſſa hoc tempore ſub S. Pauli nomine* circumferretur, plane incertum eſt, & à nemine præſtandum.

P. 56. v. 16. Ητις ὅτι μητὴρ πάντων ὑμῶν] Forte ἡμῶν. Fide renaſcimur, utpote γεγεννημένοι ἄνωθεν. S. Joan. III. 3. ſive γεγεννημένοι ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος. 5. *geniti à Spiritu ſancto per baptiſmum*: quando profeſſio fidei Chriſtianæ ſolenniter & neceſſario adhibetur: inde *fides* hîc dicta *mater omnium Chriſtianorum*.

P. 57. v. 1. Πάσης ἀφοβολῆς, καταλαλιᾶς] Recte diſtinguuntur ἀφοβολὴ & καταλαλιὰ, ut diverſa mentis & linguæ vitia, in libris ſacris & ſcriptis Ethnicorum. Καταλαλιὰ per ſe, ſine aliquo additamento, paullo ſupra habetur. V. I. legebat ἀφοβολικῆς καταλαλιᾶς *ab omnibus diabolicis detractionibus*: & ſic habet codex Florentinus. Sed dubito, an recte.

P. 57.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [208] - 110
PUBLIC DOMAIN

P. 57. v. 4. Πάντα ὑμῶν σκοπεῖται] MS. μωμοσκοπεῖται· & ſic omnino legendum: ut viri docti dudum obſervarunt.

P. 57. v. 7. Οὐτ' ἐπ] MS. ὅτε π· quod longe rectius eſt.

P. 57. v. 11. Ὡς θεῷ ἐν χειρῷ ἁμάρτουσι] MS. θεῷ καὶ χειρὶ· & ita quoque legebat V. I.

P. 57. v. 22. Πρὸ παντὸς προσηκόντως ἁγνείας] Hoc eſt, *Juvenes ante omnia debent eſſe de caſtitate & pudicitia maxime ſolliciti.* V. I. *omnem ignorantiam prævidentes:* quaſi in ſuo codice legiſſet, ἀγνοίας· prorſus male. Exemplar Salmaſianum habet, ὡς πάντα προσηκόντως. Dubito, an recte exſcriptum.

P. 57. v. 24. Καλὸν γὰρ τὸ ἀνακόπτεσθαι] Legebat V. I. ἀνακόπτεσθαι· *bonum eſt enim abſcidi.* Sed lectio, quam Græcum exemplar Romanum ſuppeditat, longe melior mihi videtur. Ἀνακόπτεσθαι enim eſt *emergere, & ſurſum quaſi ex aquis attolli.*

P. 57. v. ult. Πιεπαλεῖν] Recte: infinitivus enim hic ad τὸ θεον, quod immediate præcedit, referendus eſt, & conſtructio verborum id omnino exigit.

P. 58. v. antepen. Πρωτότοκός ὄζι τῷ Σατανᾷ] Ita S. Polycarpus appellavit Marcionem, quum ſe in conſpectum ipſius protruſiſſet, ut illum agnoſceret & ſalutaret, ut fratrem & Chriſtianæ communionis ſocium, orans, apud Iren. l. III. c. 3. ὀπτήνασκέ με. cujus reihiſtoriam Græce retulit Euſebius Hiſt. Eccleſ. l. IV. c. 14. ὀπτηνάσκω σε τὸν πρωτότοκον τῷ Σατανᾷ.

P. 59. v. 4. Τὸν παντεπόπτην θεὸν] S. Clemens Romanus in fine prioris epiſtolæ ad Corinthios, ὁ παντεπόπτης θεός. Recte in Latina verſione, ubi ex oſcitantia Librarii ponitur *proſperatorem*, ex codice Magdalenenſi *perſpectorem* ſubſtituit Uſſerius.

P. 59. v. 19. Τοῦτο ὑπισχνούμεθα] Lege τοῦτῳ· vel ſi retineatur τοῦτο, ſubintellige εἶναι.

P. 60. v. 13. *Qui autem in his non poteſt ſe gubernare*] *Qui non pudice vivit exemplumque caſtitatis, præſertim in iſto ſacro munere conſtitutus, præ ſe non fert, quo modo idem præceptum de ſervanda tum mentis tum corporis puritate, & de reliquis Chriſtianæ vitæ officiis, quæ omnia Evangelium à ſuis cultoribus rigide exigit, aliis inculcare poteſt?* Presbyter enim ille Valens in flagitium τῆς πλεονεξίας ſive *illiciti concubitus* videtur fuiſſe lapſus, licet uxorem habuiſſet: illam quoque ejuſdem flagitii ream.

P. 60. v. 18. *Qui eſtis in principio epiſtolæ ejus*] Hic verbum videtur excidiſſe: ſupple ergo, *laudati*, vel quippiam tale, *in ipſis epiſtolæ ad vos peculiariter & proprie miſſæ initiis.*

P. 60. v. 20. *Nos autem nondum noveramus*] Dubitatur, an hæc intelligi debeant de ſolo Polycarpo, S. Paulum, quum *ipſe Deum & Chriſtum nondum noviſſet*, adhuc gentilis, epiſtolam ad Philippenſes ſcripſiſſe. Mihi potius de Smyrnenſibus, quos repræſentat, in genere interpretanda videntur; illos nempe, una cum ipſo, aliquanto tempore, poſtquam Philippenſes veræ fidei lumine perfunderentur, adhuc falſi Ethnicorum cultus tenebris occæcatos, tandem ad veram Dei cognitionem & Chriſti fidem converſos fuiſſe.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [209] - 111
PUBLIC DOMAIN

P. 60. v. 26. *Mihi autem non eſt conceſſum modo*] Supple, *graviter & indecore iraſci, vel, me nimis ſeverum atrocemque adverſus illos gerere.* Sed dubito, annon à ſcopo aberraverim.

P. 60. v. ult. Ὅπως ποιήσω] *Rem iſtam à me petitam*, nimirum ut legatus ille, in Syriam mittendus, veſtras literas ad Antiochenos deferat, *commodo tempore præſtabo.* Καὶ τὰ παρ' ὑμῶν — ubi τὸ καὶ deleri debet, vel per *etiam* reddendum, hoc claro ſenſu, Ignatium ſcripſiſſe, quod *ipſi* Philippenſes quoque fecerunt, ut ſi quis Antiochiam mitteretur, idem ille veſtras etiam literas ſimul eodemque tempore deferendas ſecum haberet.

P. 61. v. 4. *Tranſmiſſæ ſunt vobis*] Lege *nobis.* Depravatio enim manifeſta eſt aut Interpretis aut Librarii.

SCHOLIA

SCHOLIA & ANNOTATIONES
THOMÆ SMITHI
IN EPISTOLAM
SMYRNENSIS ECCLESIÆ
DE MARTYRIO S. POLYCARPI.

P. 62. Ἐν Φιλαδελφίᾳ] Insignis hæc de Martyrio S. Polycarpi epistola v. 9. recte dici potest ἐγκύκλιος sive *encyclica*, ut ex Inscriptione patet; utpote ad varias ecclesias, tam in Asia Minori vicinas, quam alibi in aliis provinciis, καθὰ πάντα τόπον transmissa, quas de iis solis, quæ κατὰ Πόντον *juxta Pontum* sitæ erant, male interpretatur [a] Eusebius pro πάσας τὰς κατὰ πάντα τόπον· quum ad omnes ecclesias, ubi ubi Christianæ religionis professio vigebat, per Orientem præcipue sparsas, debeat propagari & extendi ab ipsis Philadelphensibus, quantum in ipsis erat, τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς (§. XX.) communicanda: eadem verborum serie in omnibus exemplaribus retenta, soloque particularis Ecclesiæ, ad quam dirigitur, nomine mutato. Sic exemplar istud, quo usus est Eusebius, ecclesiæ Philomelienſis titulum præ se fert, τῇ κατοικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ. Philomelium autem erat urbs majoris Phrygiæ, celebris famæ, cujus meminere Strabo, Stephanus, aliique è veteribus Scriptoribus Græcis & Latinis.

P. 63. v. 6. Καὶ γὰρ] Pro καὶ D. Langbainius δεῖ, Cotelerius χρὴ substituit, & quidem recte.

P. 63. v. 29. Lat. *Initia*] MS. *mitia*. Male corrigit Usserius in margine suæ editionis, *immitia*: litera *m* in duas perperam resoluta. Antea dixerat vetus Interpres, sive potius Paraphrasta, *verbera flagellorum fuisse dulcia*: pariter quoque hic, *crepitantia flammarum tormenta mitia* Martyribus videbantur; ut in codice Colbertino reperiebat Ruinhartus.

P. 64. v. 7. Κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι] Eusebius habet explicatius, (neque enim in hac prima parte Acta hæc, quæ coram habuit, exscripsit ad literam, sed interdum laxe & paraphrastice illustrat:) τὲς ἀπὸ θαλάσσης κήρυκας, καί τινας ὀξεῖς ὀθιλίσκους ὑποστρωννυμένους.

P. 64. v. 10. Ἐπὶ μόνῃ] In margine codicis sui conjunctim posuit eruditissimus Pearsonus ὄπημόνῃ· rectissime.

[a] Hist. Eccl. l. IV. c. 15.

P. 64. v. 23. Θαυμάσας] Ita male ſcribitur in MS. Euſebius, τὸ πᾶν πλῆθος ἐθαύμασαν· ut Grammatica conſtructio poſtulat.

P. 64. v. 25. Αἶρε τοὺς ἀθέους] V. I. *torqueantur innocentes.* An legit ἀθῴους; ita interrogat Pearſonus. Sed proculdubio non Interpreti, ſed Librario vitioſa hæc ſcriptura debet imputari. Ille enim poſtea hæc ipſa verba bis per *impios tolle* reddit, & in exemplari ſuo Ruinhartus reperit, *torqueantur nocentes.* Chriſtianos ita appellabant efferi hi idololatræ, quia iſtorum fictitiis numinibus ſupplicare & ſacrificare noluerint.

P. 64. v. penult. Κόϊντος] Veri perquam ſimile videtur, Interpretem ſcripſiſſe *Cöintum*; neſcius fortaſſe, illud idem eſſe Græce ac *Quintus*: quod Librarii, bonarum literarum penitus rudes, corruperunt, ſcribendo, *Incognitus*, ut noſter, vel potius, ut alius codex habet, *Cognitus*, ex aliqua cognatione ſoni; quaſi proprium eſſet hujus Phrygis nomen. Sed hic labor in purganda & excuſanda hac Latina verſione impenſus quibuſdam vanus prorſuſque inutilis videbitur: neque hoc ipſe inficias ivero.

P. 65. v. 5. Τὸν προσόντας ἑαυτοῖς] Legendum videtur, unica litera immutata, προσδόντας aut προδόντας, (idem ac ἐνδιδόντας) ἑαυτὸν· ſed ſi τὸ προσόντας retinere placet, pro ἑαυτοῖς fortaſſe ſubſtituendum eſt ἐκυσίως. Langbainius, ἑκόντως. *En vero nobile prudentiæ pariter ac pietatis Chriſtianorum veteris Smyrnæ ſpecimen, qui in hac epiſtola encyclica Quinti Phrygis, in* ipſo agone, conſpectis feris, à Chriſtiana fide turpiſſime deficientis, puſillanimitatem ſub oculis ponens, illorum, qui, nulla neceſſitate urgente, non quæſiti, non interrogati, ſeſe Magiſtratibus Ethnicis, re non bene penſitata, temeritatem, licet non penitus damnent, tamen approbare & laudare non ſuſtinuerint, longeque aliud Martyrii genus ab exemplo Chriſti docent ipſis proponendum. Ideo martyrium hoc S. Polycarpi (cujus Acta dant, qui, donec à Satellitibus deprehenderetur, prius fuga ſibi conſulens, ἀνεχώρησεν, i. e. æquo, ſed tamen forti, animo *exſpectavit*) appellant τὸ καθὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον, quod verſus finem epiſtolæ repetitur, §. XIX. & ejuſmodi eſſe, ut omnes boni, qui ad illam moriendi pro Chriſto gloriam adſpirant, hac ex parte ſumma cum laude ſequi poſſint. Ejuſmodi martyria ſunt μακάρια καὶ γενναῖα, τὰ καθὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ γεγονότα, §. II.

P. 65. v. 18. Ἐν ὑπλασίᾳ γόγονε] *Ecſtaſi quadam correptus inter precandum.* Eodem modo viſionem hanc S. Polycarpo obtigiſſe fortaſſe dicendum eſt, quo illam S. Petro factam fuiſſe legimus Actorum cap. X.

P. 66. v. 3. Ὁ Εἰρηνάρχης, ὁ καὶ κληρονόμος, τὸ αὐτὸ ὄνομα Ἡρώδης, ὑπλεγόμενος] Herodes ille, tunc temporis ſimul Εἰρηνάρχης & κληρονόμος ὑπλεγόμενος, i. e. *electus & conſtitutus*, ſive à Proconſule, ſive à populo, (ita enim verba hæc diſtinguenda cenſeo, ὁ καὶ κληρονόμος, τὸ αὐτὸς ὄνομα Ἡρώδης) feſtinabat S. Polycarpum in arena ſiſtere. Male hic poſitum arbitror κληρονόμος pro ὁ καὶ οἰκονόμος ſive ἀγορανόμος. Iſthoc enim tempore ille aliud munus publicum, præter εἰρηναρχίαν, quæ unico anno terminabatur, videtur geſſiſſe. Hæc non intellexit Interpres, qui Irenarchum & Herodem diverſos facit.

P. 67. v. 13. Ἐπὶ πλὼ καιρὸν χαν] Vox iſta, ſequioribus ſeculis introducta, explicationis cauſſâ apponebatur in margine, & inde in textum intruſa: uti

uti paullo poſt. Euſebius enim ſolum habet ὄχθμα τῆ ὀχθματος. Lege igitur μεταθέντες ὅτι τὸ ὄχθμα, tranſpoſitis in locum ſuum verbis iſtis, deletiſque καιρῦχαν & καιρῦχας.

P. 67. v. 24. Μὴ ὀπτραφεὶς] *Non ad illos converſus ex ira & indignatione ob malum tibiæ, caſu ex violenta hac ex curru depulſione contractum, dolore, quem ſentiebat inde, fortiter ſuppreſſo.*

P. 68. v. 7. Ομοσον τὴ Καίσαρος τυχῆ] Inter tentamenta, à Gentilibus ad expugnandam Chriſtianorum fidem adhiberi ſolita, præcipuum illud videtur, illos ſive cogere, ſive ſuadere, ut ſacrificarent, & *per genium ſive fortunam* Imperatoris jurarent, & ut etiam Chriſto maledicerent: quæ omnia ab hiſce impiis Magiſtratibus expertus eſt S. Polycarpus. Nec id unius ætatis erat inſtitutum. Impiam enim iſtam praxin ad ſequentia tempora continuatam fuiſſe docent Tertullianus in Apologetico c. XXXII. & Origines in exhortatione ad Martyrium.

P. 68. v. 14. Αἶρε τὸν Αθέον] Hiſce iiſdem verbis, quæ non ſine ingenti indignatione ab impia plebe prolata audiverat S. Polycarpus, mox oculis in cœlum converſis, cum gemitu Deo ſupplicavit, ut facile ex contracta fronte, habitu, geſtuque corporis, & vocis accentu, quivis ex adſtantibus telum iſtud τῆ ἀθεότητος, Chriſtianis falſo impactum, *in propria illorum capita retortum fuiſſe* intelligere poſſet.

P. 69. v. 9. Αμεταθέτος δὲ] Locus explicatu difficilis, ſi hæc lectio retineatur ut integra. quæ rejicienda mihi plane videtur. Quid ſi legamus, οὐκ εὐμεταθέτος hoc ſenſu: *nobis Chriſtianis non facilis eſt reſipiſcentia, & mutatio animi à melioribus ad pejora. Hac ex parte nullis periculis, minis nullis nos ita amoveri & deterreri poſſumus, ut illius nos vel unquam pœniteat.* Sed hoc eſt plane hariolari. Valeſius pro μετάνοια ſubſtituere vult μέθνοια· ſed lectio Euſebiana, quæ conſentit cum hiſce Actis, non debet, ut puto, ſollicitari: præſertim quum τὸ μεθάνοια ad comminationem Proconſulis, ἐὰν μὴ μετανοήσης, directe referri videatur. Judicent alii.

P. 69. v. 24. Τὸν ἑαυτοῦ κήρυκα] Deeſt ἑαυτοῦ apud Euſeb. & plane hic redundat.

P. 70. v. 4. Τῆς ἀσίας διδάσκαλος] Euſeb. Ασίας, ut legebat V. I. & quidem rectiſſime.

P. 70. v. 12. Ωστε] Apud Euſeb. additur ζῶντα· quod quoque in ſuo codice reperiebat V. I. Excidit vero hoc in loco, & debet interponi.

P. 70. v. 28. Παντὶ δὲ καλῶ] Occurrit præpoſitio ἐν apud Euſeb. Deeſt autem in MS. noſtro: & plane mihi redundare videtur. Καλῶ deſideratur apud Euſeb. neſcio an recte: ubi pro περὶ τῆ μαρτυείας, quod codex Oxonienſis habet, uti in ſuo habuit V. I. exſtat περὶ τῆ πολίας, *omnium virtutum habitu licet jam nudus, per univerſam vitam ex bona conſcientia, & ἀφ' τῆ ἀπ' ἀρχῆς ἀνεπίληπτον πολίειαν,* (§. XVII.) *longe ante ſenectutem, ornabatur, & maxime venerabilis.*

P. 71. v. 15. Ψυχῆς τε καὶ σώμαλος] h. e. *tum animæ tum corporis, quæ in reſurrectione inſeparabili unione conjuncta, in cœleſti beatitudine æternum durabunt.* Sed hæc & præcedentia verba non legit, aut ſaltem neglexit V. I.

P. 72. v. 12. Ἐξῆλθε φέισερὰ ἐκ πλεύρας αἷματος] Nihil de *columba* apud Eusebium aut Rufinum in versione sua occurrit: omnesque vetusti Scriptores de hoc prodigio altum silent. Mendum ergo in Græco codice latere, quotquot mirandum hoc visum, utpote plane ἄπιστον, facile & inexplorate admittere nolint, pertinaciter contendunt. Huic vero ulceri medicinam adhibere multi pro versatili ingenio & comminiscendi quicquid aut cerebelli æstus, aut artis Criticæ, sed plane enormis, & parum sapienter ad rem accommodatæ, affectatio suggesserit, libidine annisi sunt, sed hactenus frustra. Illorum hariolationes hic referre plane pudet pigetque. Maxime vero omnium placuit conjectura cujusdam Viri docti, qui mihi retulit, sibi pro φέισερὰ videri legendum esse, ἐπ' ἀειςερᾶ.[a] Cujus sententiæ rationem & sensum ita latius explico; *Adacto in corpus sanctissimi Martyris per Confectorem pugione, apertaque ex violentia ictus læva parte, inde erupit effluxitque ingens copia sanguinis, ut ignis exstingueretur.* Hoc suavi susurro pene sopitus, quum placida & favente aure exceperim, facilis consentiebam: sed re melius pensitata & denuo in examen revocata, multa occurrunt, quæ isti conjecturæ, utut plausibili & argutæ, merito detrahere videantur. Primum quidem ne minimum quidem hujus lectionis vestigium apud Eusebium reperiri, qui illam *omittere vix potuisset, si in suo codice, quem hic, ut videtur, ad literam secutus est, exstitisset.* Nec quicquam *mysterii inest, quod vulnus* istud hiulcum in sinistro aut dextro latere, si hæc verba ἐπ' ἀειςερᾶ i. e. χειρὶ contra communem usum & analogiam eo usque extendi possint, infixum fuerit. Deinde mihi exploratissimum est, verba ista ἐξῆλθε φέισερὰ ἐκ πλεύρας αἵματος in MS. codice Oxonienſi, ex quo Acta hæc primus Græce edidit Usserius, quem bis contuli, in eadem serie cum ceteris à Librario descriptis contineri. Quid vero de particula conjunctiva καὶ futurum sit, per hanc conjecturam statuere non licet. Alia ergo hujus assumenti, quod in codicem nostrum irrepserit, & unde originem habuerit, ratio investiganda est. Videtur mihi non à vero dissonum, si dixero, quempiam insubide & præter debitum morem pium Lectorem sui codicis margini, ad augendum tum miraculum, tum sanctissimi Martyris apud posteros famam, τὸ φέισερὰ apposuisse, & hac σημειώσει allusisse ad ritus ab Augusto apud Romanos olim institutos, quorum solennis in Imperatorum ἀποθεώσει erat usus, in quibus maxime obtinuit, ut *accensa pyra aquila dimitteretur, versus cœlum avolatura*: quod testatur Herodianus in Historiarum libro quarto, qui universum illorum apparatum ibi accurate describit: ἀετὸς ἀφίεται, σὺν πυρὶ πυρὶ ἀναδιδόμενος

[a] Quo tempore Amicum hanc suam conjecturam proferentem audivi, & hæc omnia, qualiacunque sint, in hoc scholio animadversa annotavi, penitus excidebat ex animo, V. C. Stephanum le Moyne eandem quoque, inter alias longe deterioris notæ, ex ingenio, ejusmodi commentorum feracissimo, antea procudisse, cujus dissertationem de Polycarpo in Prolegomenis ad Varia sacra postea consului. Ille ibi opinatur, Lucianum, fabula ista de vulture è rogo Peregrini exeunte producta, Christianorum fatuæ, prout impie objicere solitus est infamis nefariusque Scurra, credulitati illudere voluisse, quasi hoc miraculum in martyrio S. Polycarpi contigisse prona fide admisissent, & res illa, prout Acta hæc narrant, familiari in suis congressibus sermone ab ipsis vulgaretur. Quod nulli fundamento innititur, & plane incertissimum est, vetustis sive Græcis sive Latinis omnino obmutescentibus, nullaque traditione, ne levissima quidem, de hoc portento apud illos servata. An vero ipse de assumento hoc in Græcorum Actorum textu meliorem protulerim conjecturam, vel annon quoque à scopo aberraverim, tu, Lector erudite, pro sagacitate tua arbitraberis.

*** εἰς

εἰς τὸν αἰθέρα, ὃς φέρειν ἀπὸ γῆς ἐς οὐρανὸν τὴν τῦ βασιλέως ψυχὴν πιστεύεται ὑπὸ Ρωμαίων, καὶ ἐξ ἐκείνε μετὰ τῶν λοιπῶν θεῶν θρησκεύεται. Ita quoque Dion Cassius lib. LVI. in funere Augusti: καὶ ἐκ τότε δᾴδας ἑκατόνταρχοι λαβόντες, ὑφῆψαν αὐτὴν (τὴν πυρὰν) καὶ ἡ μὲν ἀνηλίσκετο, ἀετὸς δέ τις ἐξ αὐτῆς ἀρθεὶς, ἀνέπτατο, ὡς καὶ δὴ τὴν ψυχὴν αὐτῦ εἰς τὸν ὄρανον ἀναφέρων. Identidem commentus est Lucianus in libello de morte Peregrini se *vulturem* è media flamma ad cœlum usque ascendentem vidisse: quod cum aliis prodigiis, omnem fidem exsuperantibus, ab ipso, qui spectaculo isti, quando in ignem se conjecerat Peregrinus, interfuerit, pariter excogitatis, istius vanissimi hominis stupidis discipulis, narrationibus ipsius de illius exitus circumstantiis avidissime inhiantibus, & projecta prodigaque credulitate, ac si res istæ περατώδεις, prout finxerat, gestæ fuissent, amplectentibus obtrusit. Sive igitur Romanorum istam Imperatores post mortem inter Divos referendi consuetudinem, sive hanc Luciani de Peregrino fabellam, in animo habens, & quasi sub oculos ponens, infrunitus ille Christianus, in summum decus S. Polycarpi, si *columba*, casta mitisque avis, ipsumque innocentiæ emblema, aquilæ & vulturi, avibus feris agrestibusque, opposita, è rogo illius evolasse diceretur, cessurum fortasse arbitratus est. Ex margine autem in textum à Librario, sicut alia, quæ in hisce brevibus scholiis supra annotavi, intrusum fuisse nullatenus dubitandum videtur. Inde etiam fortasse Librarius iste marginale istud interpretamentum in exemplar suum ingessisse ausus est, eo quod in spuria S. Polycarpi vita, quam à Pionio descriptam fuisse mediæ & infimæ ætatis Scriptores mentiuntur, reliquisque Actis, aut tum de integro inventis, aut pessime interpolatis corruptisque, ejusmodi portenta subinde occurrere reperisset. Hinc quoque enata videtur mira ista de columba nivea de carcere ad cœlum ascendente narratio in martyrio S. Benigni apud Adonem *de festivitatibus Sanctorum*. Hanc autem conjecturam dum modeste & procul omni fastu propono, Lectoris candidi veniam spero me impetraturum: nec tamen, si quispiam morosulus istam inter meas quoque hariolationes reponi censuerit, id ægre feram.

P. 72. v. 32. Καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτῦ σαρκίῳ] Ex genuinis vetustissimisque Actis Martyrum satis liquet, Christianos, præsertim ab ineunte secundo seculo, in Martyrum sive membris discerptis, sive ossibus, sive cineribus, aliisque reliquiis colligendis diligenti opera usos, ea in cryptis locisque tutis reposuisse. Inde illorum cœmeteria frequentabant, memoriamque anniversaria κατὰ τὴν τῦ μαρτυρίε αὐτῦ ἡμέραν γενέθλιον solennitate celebrabant, quod hi Smyrnenses, quantum in ipsis divinæ Providentiæ permissu erit, se, recurrente die natali S. Polycarpi sui, facturos hic mox spondent.

P. 74. v. 8. Τὸν κύριον ἡμῶν] Supple ex codice Viennensi, qui habet τὸν κύριον καὶ θεὸν καὶ σωτῆρα, & V. I. Ἰησοῦν Χριστὸν, σωτῆρα ψυχῆς ἡμῶν. Absunt autem hæc verba apud Euseb. una cum præcedentibus, nempe ab, ὁ μόνῳ διδάσκαλῳ, usque ad finem.

P. 75. v. 14. Φανερώτατός μοι] Adde ex MS. τῇ μαχαίρᾳ.

P. 75. v. antepenult. Τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῦ] Adde ex MS. εἰς τὴν ἐράνιον βασιλείαν αὐτῦ.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [215] - 117
PUBLIC DOMAIN

INDEX
PROPRIORUM NOMINUM,
Quæ in Epistolis S. *Ignatii* occurrunt.

Agathopus Pag. 5, 30.
Alce 7, 11.
Apollonius 20.
Asyncritus 7.
Attalus 11.
Bassus 20.
Burrus 6, 12, 30.
Crocus 12, 41.
Damas 20.
Daphnus 7.
Epitropus 11.
Euplus 12.
Eutecnus 7.
Fronto 12.
Onesimus 12, 14.
Philon 5, 7, 30.
Polybius 31.
Polycarpus 7, 11, 19, 25.
Reus 5, 30.
Sotion 20.
Thavia 7.

INDEX
VERBORUM MEMORABILIUM
In Epistolis S. *Ignatii*.

Ἀγαπᾶν 4, 9.
Ἀγάπην ποιεῖν 5.
Ἀγιοφόρος 1.
Ἀγνίζομαι 14, 35.
Ἀγνοφόρος 15.
Ἀδίκημα 38.
Ἀδιάκριτον 13, 25, 31.
Ἀδιακρίτως 15, 25, 36.
Ἀδιάλειπτος 7.
Ἅδῃ 13, 20, 37.
Ἅδῃ 32, 34.
Ἁθηκῶ 29.
Αἰδὼς λόγου 23.
Αἵρεσις 16, 13.
Ἀκαιρησία 9.
Ἀκίνητος 1, 26.
Ἀκκίπτω 10.
Ἀκρίμητον 7.
Ἀκρόους 28.
Ἀλίσθητε 23.
Ἀμεριμνία 10.
Ἀμέρος 28, 35.
Ἀμωμος 1, 7, 11, 13, 22, 31, 32, 36.
Ἀναζωπύρει 15.
Ἀναζωπυρεῖν 11.
Ἀνεκτὴ ψαγ 5.
Ἀναπαύειν 5, 6, 12, 25, 35, 41.
Ἀνάπτυς 27.
Ἀναστραφέντες 23.
Ἀναψύχειν 12, 35.
Ἀνεμπόδιστως 36.
Ἀνήκοντες, ἀνήκουσιν 4, 10, 26.
Ἀνθρωπαρεσκῆσαι 37.
Ἀνθρωπόμορφοι 2.
Ἀντιμιμήσασθαι 16.
Ἀντιστοιχία 14.
Ἀντίψυχον 5, 8, 9, 19.
Ἀνυστερήτῳ 1.
Ἀξιαγαπητοὶ 27.
Ἀξίαγνος 36.
Ἀξιέπαινος 36.
Ἀξιοπίστως 36.
Ἀξιοτίμως 27.
Ἀξιόθεος 6, 20, 31, 36.
Ἀξιομακάριστος 11, 16, 36, 41.
Ἀξιονόμως 13.
Ἀξιόπιστος 8, 26.
Ἀξιοπλόκος 24.
Ἀξιοπρεπὴς 36. — πέστατος 24.
Ἄοκτον 10.
Ἀόρατος 3. — τα 8, 39.
Ἀόρητον 26.
Ἀπαθὴς 14.
Ἀπαρτίζω 10, 11, 12, 19, 27.
Ἀπάρτισμα 29.
Ἀπειθοῦντες 23.
Ἀποδίαπτος 19.
Ἄπιστε 3.
Ἀπιστοῦντες 2, 18, 21.
Ἀποδιϋλισμὸν 26, 36.
Ἀρκεῖας 9.
Ἄρτος Θεοῦ 13.
Ἀρχαῖα 29.
Ἀρχεῖα 29.
Ἀρχιερεὺς 29.
Ἀσύγκλητος 7.
Ἀσφαλίζομαι 27.
Ἀσύμματοι 2.
Ἄχρεον 8.
Ἀχαΐσιστοι 33.
Ἀψηλάφητος 8.
Βαπτίζειν 5.
Βάπτισμα 9.
Βασιλίζειν 7.
Βεβαιωσύνη 26.
Βοήθεια 7.
Βοτάνη 16, 26, 33.
Γέμειν Θεοῦ 25.
Γενητὸς καὶ ἀγένητος 14.
Γνώμη Θεοῦ 4, 7, 10, 13.
Χριστοῦ 13, 26.
Γνῶσις Θεοῦ 18.
Δαιμονικοὶ 2.
Δαιμόνιον 2.
Δεσπότης 10.
Δεσέρτως 9.
Διακονία 6, 32.
Διδασκαλία 18.
Δίκελλα 13.
Τὸ δοκεῖν 2, 3, 34.
Δοξάζειν 3, 12, 30.
Δροσοβόλλειν 25.
Δυσθεράπευτοι 14.
Δυσωδία 18.
Δωρεὰ 4.
Ἐγκεκεντρισμένος 13.
Ἑβραῖος 8, 15.
Ἐκδίκει 7.
Ἐκκέχυμαι 27.
Ἐμφροσύνη 8.
Ἔμπλαστρον 8.
Ἐνσεμνος 14.
Ἑνότης, ἕνωσις 7, 9, 11, 13, 20, 22, 25, 26, 27, 28, 29.
Ἐξεμπλάσεων 6, 12, 32.
Ἐπιχαλία ἐπιχαλόμενος 17, 35.
Ἐπισκοπημένος 7.
Ἐπήρεια 20.
Ἐπιγραφῶν 37.
Ἐπιφάνια 3, 17, 33, 34.
Ἐλίθεια 29.
Ἐσπιλωμένοι 16.
Ἐπιδιδασκαλῆται 8.
Ἐπιδεξίους 22.
Ἐπιδεξάντες 4.
Εὐσεβοῦς 36.

Εὐσεβὴς

INDEX MEMORABILIUM VERBORUM.

Εὐσταθὴς 8.
Εὐσωμείδητος 21, 28.
Εὐχαριστία 4, 16, 27.
Τὸ ζῆν 3, 12, 13, 16, 20, 21, 34.
Ζύμη 23.
Ηνωμένος 2, 22, 25.
Ησυχία 17, 18.
Θανατηφόρος 34.
Θέλημα θεοῦ 10, 11, 36.
Θέμα 8.
Θεόδρομος 10, 26.
Θεομακάριος 2.
Θεομακαριστότατε 10.
Θεοπρεπεστάτης 6.
Θεοπρεπέστατος 1, 5, 6, 10.
Θεοφόρος 1, 7, 11, 15, 20, 25, 31.
Θηλομαχῆσαι 11, 34.
Θυσιαστήριον 13, 22, 27, 33, 37.
Ιερεῖς 29.
Ιδιοσυσμὸς 23, 24, 27, 28.
Καθηλωμένοι 12.
Καθολικὴ ἐκκλησία 5.
Κακοδιδασκαλία 26.
Κακοτεχνία 28.
Καλοκἀγαθία 17.
Καθάπερ 16, 32, 38.
Κατάκριμα 32.
Καταψυδόμενοι 34.
Κατηχισμένοι 1, 12, 29.
Κενοδοξία 24.
Κοινὸν 9. ὄνομα 11. κοινὴ ἐλπὶς 20.
Κυριακὴ 23.
Κωφώθητε 34.
Λαθροδήκται 14.
Λαλεῖν 4, 39.
Λιβανοῦσιν 38.
Λοιμότερος 8.
Μαθητεύεσθαι 12, 15.
Μακαρίζω 13, 26.
Μαρτυρίται πνευματικοὶ 16.
Μεγαλειότητι 36.
Μεγαλορρημοσύνη 15.
Ἐν μεγάλοις θεῷ 11.
Μελέτη 22.
Μελισμὸς 4, 26, 28, 29.
Μετανοεῖν, μετάνοια 3, 5, 15, 27, 29.
Μεμαρτυρημένος 16, 27, 30.
Μονοψυχὴς 36.
Μυδοῦμαι παλαιὰ 22.
Μυστήριον 23, 32.
Μυστήρια κεκυγῆς 18.
Ναοφόρος 15.
Νεκροφόρος 3.
Νεωτερικὴ τάξις 21.
Νόμισμα 21.
Ξενισμὸς 18.
Οἰκονομία 14, 19.
Οἰκονόμοι 9.
Οἰκοφθόροι 17.
Ομιλία 9.
Ομοήθεια 22.
Ομόνοια 17, 22, 25, 30.
Ομοιμέλω 7, 10, 12, 24, 29, 39.
Οψώνια 9.
Παθητὸς 8, 14.
Παραλογίζεται 21.
Παράμονος 11, 26.
Παραχεῖν 6.
Παραφυάδες 34.
Παραφυλάσσω 2.
Πάρεδροι 9.
Παρεμπλέκεσθαι 33.
Παρθένοι 16.
Παροδεύσαντες 15, 40.
Πάροδος 16.
Παροξυσμοὶ 8.
Παπρώνυμος 36.
Πεπληροφορημένος 1, 23, 24, 25.
Πεπληροφορῆσθαι 24.
Περίψημα 14, 18.
Πληροφορηθῆναι 23.
Πλήρωμα 11, 31.
Πνευματοφόρος 36.
Ποιμὴν 46.
Πολυαγάπητον 11.
Πολυεύκλειτον 20.
Πολυπληθία 12.
Πραϋπαθεία 34.
Πρεσβύτεροι 4, 6, 12, 13, 21, 24, 27, 28, 32, 33, 35.
Προελθὼν 22, 23.
Προκεκοιμημένοι 22, 36.
Προκεκριμένοι 36.
Πρόκεινται 29.
Προκείμενα 4, 20.
Προσειληφότες 21.
Προφυλάσσω 2, 24, 33.
Πυκνότερον 9, 16.
Πυκνὸς 16.
Σαββατίζοντες 23.
Σαρκὶ καὶ πνεύματι 1, 2, 6, 9, 24, 35, 36.
Σαρκὸς καὶ πνεύματος ἕνωσις 20.
Σαρκὶ καὶ ψυχῇ 30.
Σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς 6, 7, 8, 14, 16, 25.
Σαρκοφόρος 3.
Σοφισταί 1.
Σπουδιωθῆναι 37.
Στήλαι 28.
Στεφανωθῆτε 33.
Συζυγικὸν 11.
Συγγαμεῖτε 33.
Συκοφαντῆται 27.
Συχρᾶσθαι 21.
Συμεῶν 9.
Συμμύσαι 16.
Σύμφωνος 13.
Συναθροίζεσθαι 21.
Συναγωγαὶ 9.
Συνδεσμὸς 32.
Συνέδριον 29, 42.
Συνήγοροι 3.
Συνηρμοσμένοι 13.
Συνειδὸς 5.
Συνοδοὶ 15.
Σώτομα — μως 38.
Σωτῆρες 10.
Σύστημα 2.
Συστάσεις ἀρχαϊκαὶ 33.
— ἡλεῶν 38.
Σωματεῖον 6.
Τελεία πίστις 7. χάρις 6.
Τέλειος 3, 5, 6, 7, 17, 26.
Τέλειος ἄνθρωπος 3.
Τελείως 17.
Τοποθεσίαι Ἀγγελικαὶ 33.
Τόπος 4, 7, 21, 22.
Ὑπαλειφθῆναι 12.
Ὑπαρχαιόρμος 27.
Ὑπερδοξάζω 7.
Ὑπερεπαινεῖ 14.
Ὑπερφανεῖν 5, 13.
Ὑπήκοος 8.
Ὑπηρέται 9.
Ὑστερεῖται 13.
Ὑποχθόνιοι 34.
Φρονίσης 8.
Φυλάσσειν — σθαι 14, 32, 33.
Φιλόϋλον 40.
Φυτεῖν 24, 32, 33.
Φύσις δικαία 11.
Χαρακτὴρ 21, 31.
Χάρις 4, 5, 6, 7, 11, 16, 20, 23.
Χάλκμα 1, 8.
Χειροτονῆσαι 6, 10, 30.
Χῆραι 6, 8.
Χορὸς 13, 18, 37.
Χοηστότης 4, 23.
Χριστιανισμὸς 24, 27, 28, 37.
Χριστιανὸς 10, 17, 21, 33, 37.
Χριστομαθία 29.
Χριστοφόρος 15.
Χριστώνυμος 36.
Χρῶμα 13, 36.
Χωρεῖν 4, 33.
Χωρίον 36.

INDEX

INDEX

PRÆCIPUORUM VERBORUM,

Quæ in hac veteri Latina *S. Ignatii* verſione reperiuntur.

Accepta 10.
Altare 13.
Anthropomorphi 2.
Aſſeſſores 9.
Beatifico 13, 26.
Beneficiati 38.
Caſtificate 35.
Catholica Eccleſia 5.
Certificati 1, 23, 24, 25.
Clavifixos 1, 2.
Commune 9.
Concionatores 3.
Conferens 4.
Congregationes 9.
Confeſſio 22.
Corpuſculum 6.
Coüti 21.
Depoſita 9.
Dignificor, dignificatus 20, 25, 30, 35, 36, 37.
Diſciplinatio 32.
Diſpenſatio 14, 18, 19.
Diſpenſatores 9.
Donum Dei 4.
Ducatus 24.
Euchariſtia 4.
Exacerbationes 8.
Exemplarium 6, 12, 32.
Glorifico 1.
Homilia 9.
Impalpabilis 8.
Impartibilis 28, 35.
Impaſſibilis 8.
Imperſuaſos 23.
Inapproximabilia 29.
Incoinquinato 1, 22, 26, 31, 36.
Incorporei 2.
Incorruptio 8.
Inenarrabilis 12.
Infideles 2, 3.
Ingloriatio 9.
Inhonoraverunt 30.
Inirafcibile 26.
Injuſtificationes 38.
Inſollicitudo 10.
Intemporalis 8.
Invertibilis 11.
Irrorari 25.
Magnitudo Dei 11.
Manumiſſus 38.
Melos Dei 13.
Monefacio 2.
Mortifer 3.
Multibona 20.
Natura juſta 9.
Obſervare 32, 33.
Otioſus 9.
Partitiones 4, 26.
Paralogizat 21.
Perfecta fides 5.
Perfectus homo 3, 6, 12.
Præſervo 33.
Principationes 33.
Qualitas 4.
Refrigerium 8, 35.
Repromiſſio 17.
Repromittens 17, 31, 35.
Sacrificatorium 37.
Sanctiferæ 1.
Strangulemini 33.
Supercœleſtia 33.
Superexſultans 27.
Superindigeo 25.
Suſtinentia 6, 7, 8.
Teſtificati 27.
Unanimis 9, 19.
Virgines viduæ 7.

EMENDANDA & ADDENDA.

In Textu :


Pag. 7. v. 11. lege ἐπισκοπεῖσθαι & v. 23. l. *ſalventur*. P. 8. v. 15. diſtingue hoc modo : πίστιν. Κατὰ πάντα σε- *conſiſtis es. Secundum omnia tui.* & p. 16. v. 8. Ἐσχάτοι καιροὶ· λοιπὸν αἰσχυνθῶμεν - *Extrema tempora: de cetero verecundemur.* P. 66. v. 4. poſt *domeſtici* punctum pone. P. 74. v. ult. pro *nunciavi* l. *nunciavimus*.

In Annott.

Pag. 1. v. 9. poſt *Coſmus* adde *Reineſ. p.* 705. & v. 13. dele 705. P. 2. v. 26. lege *collocare*. P. 3. v. 24. dele *DCCCXV*. 1. Ibid. v. 43. pro *c.* 27. lege *c.* 37. P. 5. v. 20. pro. *c.* 216. lege *c.* 116. P. 6. v. 30. pro *c.* 42. lege *c.* 44. Ibid. v. pen. l. *pluribus*. P. 6. v. 19. l. *conſtituebat*. P. 7. v. 18. pro 139. lege 129. Ibid. v. ult. l. *de articulo Orig.* P. 9. v. 27. l. מלא. Ibid. v. pen. loca Clementis & Heinſii reperire non potui. P. 10. v. 13. pro 289. l. 284. & dele, *vide etiam p.* 284. Ibid. v. 21. poſt *de incarnatione loqui* debet ſequi citatio ex Origine, quæ male præponitur. Ibid. v. 38. l. ὁ καὶ θάνατος. P. 11. v. 19. lege, *p.* 52. *Edit. Voſſ.* P. 12. v. 3. l. συμπτ. *XXVI.* 48. Ibid. v. 18. l. *p.* 21. *Edit. Uſſer.* P. 13. v. 40. δαιμόνια ἀτώματα.] Citatio, quæ male præcedit hæc verba, ex Juſtino Martyre, uti & illa ex Clemente Alexandrino, quæ ſequitur, referendæ ſunt ad Evangelium ſecundum Hebræos, ad quod illic alluſum eſt. P. 14. v. 23. punctum ad τὸ σάρξ appone. Sequentia ὡς θεότητα συνηνῶθαι ſunt ex Epiphanio deſumpta. P. 15. v. 40. pro *lib. VI.* §. 13. forte *lib. IV.* §. 26. ψυχάριον ἄ, βασάζον νικᾷς. P. 17. v. 24. poſt *Valentinianis* adde *Epiphanius*. P. 18. v. 2. pro *c.* 11. lege *c.* 2. & adde : χρηστότης vox *Apoſtolica. Gal. V.* 22. *Rom. II.* 4. ὁ πλοῦτος τῆς χρηστότητος αὐτοῦ. *& Tit. III.* 4. *Iren. l. IV. c.* 37. μετοχὴ δὲ θεοῦ ἐστι τὸ γινώσκειν τὸν θεὸν, καὶ ἀπολαύειν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ P. 19. v. 5. l. ἀγαθότητα. Ibid. v. 29. pro *lib.* 3. lege *lib.* 2. P. 19. & 22. vereor, ne Inſcriptiones aliquæ Gruteri & Reineſii minus recte diſtinguantur. P. 26. v. 7. lege *curare*. Ibid. v. 19. l. *Conſtit. l. II. c.* 20. *&* 41. P. 29. v. 21. l. εὐάθεια. P. 30. v. 31. l. *Sic apud Reineſ.* P. 33. v. 5. l. *et pro*. P. 51. v. 16. l. *de martyrio p.* 193. P. 70. v. 1. Ταῖς ἡμετέραις ἐκκλησίαις] Annotatio ibi poſita ita reformanda eſt : *Eccleſiis anterioribus, quæ inter Smyrnam & Antiochiam ſitæ ſunt, quarum aliquot vicinæ S. Ignatium, quum, relicta Syria, & longo iſto Minoris Aſiæ littore praternavigato, Smyrnam appuliſſet, per Epiſcopos & Presbyteros ſuos inviſerant.* P. 74. v. 13. poſt *ſunt* adde *reddit*. P. 93. v. 4. l. πόθεως.

FINIS.


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 171, [218] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 171, [219] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 171, [220] - -

PUBLIC DOMAIN

GWLB Hannover 35
036 828 70X

I 944
40

Z 40

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 171, [221] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 171, [222] - -

PUBLIC DOMAIN



Signatur Leibn. Marg. 171, [223] : -